

John Buridan, Questions on Aristotle's Rhetorica [1]

B Berlin, Staatsbibliothek, 4° 377 (Rose 979), 47r-125v: consulted in loco, October 2010 (the manuscript is damaged and declared incommunicable)

E Erfurt, WAB, Ampl. 4° 319. 144r-189v. 00-24

L Leipzig, UB, 4° 1246. 324r-394v (year 1452). 01-205

Lü Lübeck, SB, Philos. 2° 3. 262vb-321rb. SE

Z Paris, BN, Lat. 16408. 179r-182r (The Paris Fragment). 05-40

Transcription: Sten Ebbesen, Costantino Marmo, Bernadette Preben-Hansen. 1990s

E [2]

Lü [3]

Z [4]

- *I.1 Utrum rhetorica sit scientia. Ebbesen
- *I.2 Utrum rhetorica sit alicuius generis unius determinati. Ebbesen
- *I.3 Utrum paucissima sint committenda iudicantibus. Ebbesen
- *I.4 Utrum negotium contionale sit principalius sive nobilius negotio iudiciali. Ebbesen
- *I.5 Utrum rhetorica debeat principaliter considerare de orationibus passionativis. Marmo
- *I.6 Utrum rhetorica sit utilis. Ebbesen
- *I.7 Utrum enthymema sit simpliciter principalium persuasionum. Ebbesen
- *I.8 Utrum dialectica et rhetorica solum habeant contraria syllogizare. Ebbesen
- *I.9 Utrum eiusdem artificis artis vel scientiae vel potentiae vel quomodocumque vocetur sit considerare persuasibile et apparens persuasibile vel etiam syllogismum dialecticum et apparentem syllogismum dialecticum. Ebbesen
- *I.10 Utrum finis proprius rhetoricae sit persuadere. Ebbesen
- *I.11 Utrum descriptio rhetoricae sit bona in qua dicitur: rhetorica est potentia considerandi unumquodque contingens persuasibile. Ebbesen
- *I.12 Utrum bona sit diuisio persuasionum artificiosarum per orationes quod hae quidem sunt in more loquentis hae autem in eo quod est auditorem disponi aliqualiter hae uero in ipsa oratione per hoc quod ostendit vel uidetur ostendere. Ebbesen
- *I.13 Utrum omnis argumentatio sit syllogismus vel inductio. Ebbesen
- *I.14 Utrum omnis argumentatio persuasiua sit enthymema vel exemplum. Fredborg
- *I.15 Utrum rhetorica consideret singularia. Ebbesen

1 The transcription was carried out in Copenhagen 1991-92 with E as Dux. Bernadette Preben-Hansen 2011.

2 E: paper manuscript (ff.189), dating from the second half of the 14th century and measuring 205x145 mm. The copyist is unknown, no colophon (144r-189v) indicating by whom and where the text was copied. For the contents of codex, see Schum p552-553 and Markowski p206. The main contents of the codex (1-143v) were copied by Henry of Berka. The commentaries on the Ethics and Economics by Albert of Saxony and on the Politics by Walter Burley were according to colophons completed by Henry of Berka (April to June 1394) in the house of Amplonius Ratinck of Berka. Our text (144r-189v), however, was not copied by Henry the Berka, but applied to codex sometime between 1394 and 1412, where Amplonius lists Buridan Rhetorical Questions in his Booklist (1410-1412) as the final part of codex. Amplonius was interested in Aristotle's Rhetoric in 1388.

3 Lü preserves a compilation of John of Jandun and John Buridan: Questions on Aristotle's Rhetoric, Book 1.

4 A students Reportatio of Buridan's Questions.

- *I.16 Utrum rhetorica sit de quibus consiliamur et artem non habemus et non de aliis. Ebbesen
- *I.17 Utrum argumenta rhetorica sint semper ex contingentibus aliter habere vel aliquando ex necessariis. Ebbesen
- *I.18 Utrum rhetorica habeat considerare omnem argumentationem rhetoricam. Ebbesen
- *I.19 Utrum species rhetoricae sunt tres et non plures scilicet deliberatiuum disceptiuum exclamatiuum
- *I.20 Utrum quinque sint principalia de quibus consiliamur. Ebbesen
- *I.21 Utrum magis bellandum sit contra debiliores quam contra fortiores. Ebbesen
- *I.22 Utrum omnes ciuilitates praeter optimam intensae et remissae corrumpantur. Ebbesen
- *I.23 Utrum felicitas et partes felicitates sint fines consiliorum. Ebbesen
- *I.24 Utrum nobilitas amici diuitiae et alia quae enumerat aristoteles sint partes felicitatis. Ebbesen
- *I.25 Utrum uirtus mulieris sit temperantia et amor operositatis. Ebbesen
- *I.26 Utrum diuitem esse magis consistat in usu diuitiarum quam in possessione. Ebbesen
- *I.27 Utrum honorantur iuste quidem maxime qui beneficia praestiterunt. Ebbesen
- *I.28 Utrum etiam honorari debeat qui potest beneficiari. Ebbesen
- *I.29 Utrum pulchritudo iuuenis sit habere corpus utile ad labores cursiuos et uiolentiam delectabilem uideri. Ebbesen
- *I.30 Utrum robur sit pars felicitatis ie utrum exigatur ad perfectissimum et decoratissimum statum quem homo potest habere in politia. Ebbesen
- *I.31 Utrum uirtutis magnitudinis sit excedere secundum longitudinem latitudinem et profunditatem. Ebbesen
- *I.32 Utrum possibile sit multos habere amicos. Ebbesen
- *I.33 Utrum bona fortune sit pars felicitatis hoc est utrum requiratur ad perfectissimum staturam quem homo potest habere in politia. Ebbesen
- *I.34 Utrum in negotio deliberatiuo debeat sumi propositiones ad ostendendum bonum simpliciter. Ebbesen
- *I.35 Utrum sanitas sit factiua dilectionis et ipsius uiuere. Ebbesen
- *I.36 Utrum illud quod est contrarium malo sit bonum. Ebbesen
- *I.37 Utrum contrarium eius in quo inimici ciuitatis gaudent sit bonum ciuibus. Ebbesen
- *I.38 Utrum illud sit bonum cuius gratia multa laborata sunt et multa expensa. Ebbesen
- *I.39 Utrum illud sit bonum quod prauis et inimici laudant. Ebbesen
- *I.40 Utrum aliquod debeat dici bonum extra quod non est proprium. Ebbesen
- *I.41 Utrum superflua sint bona. Ebbesen
- *I.42 Utrum uniuersaliter bona plura sunt meliora uno dum tamen illud unum sit inter illa plura connumeratum. Ebbesen
- *I.43 Utrum illa regula sit uera scilicet maximum unius generis est maius maximo alterius generis oportet tamen illud genus esse maius toto alio genere. Ebbesen
- *I.44 Utrum quod potest esse sine altero et non econuerso sit melius eo quod non. Ebbesen
- *I.45 Utrum principium sit melius principiato et causa causato <AL 183.29> Ebbesen
- *I.46 Utrum malum dare consilium sit peius quam secundum illud consilium male agere. Ebbesen
- *I.47 Utrum rarius sit melius. Ebbesen
- *I.48 Utrum delectationem omnia prosequuntur et gratia ipsius delectari appetunt. Ebbesen
- *I.49 Utrum melius sit iniuriam pati quam iniuriam facere. Ebbesen
- *I.50 Utrum diuturnia sint meliora. Ebbesen
- *I.51 Utrum quod plures eligunt sit melius eo quod pauciores. Ebbesen
- *I.52 Utrum diuisa in partes maiora uideantur. Ebbesen
- *I.53 Utrum quod+ in fine uitae sit melius. Ebbesen
- *I.54 Utrum melius sit bene pati quam bene facere. Ebbesen

- *I.55 Utrum elegibilis sit uideri iustum esse quam esse et non uideri. Ebbesen
- *I.56 Utrum melius sit quod ad multa est utilissimum. Ebbesen
- *I.57 Utrum elegibile sit facere bonum latens. Ebbesen
- *I.58 Utrum bona quae praesentia non latent sint meliora. Ebbesen
- *I.59 Utrum in solum uirtute iustitia contingat inhoneste pati. Ebbesen
- *I.60 Utrum honestiora sint opera quae aliorum gratia fiunt quam quae sui gratia. Ebbesen
- *I.61 Utrum magis honesta sive magis laudabilia sint quae mortuo contingit inesse quam quae uiuenti
- *I.62 Utrum uirtutes uirorum sint honestiores et per consequens meliores uirtutibus mulierum
- *I.63 Utrum ad laudem et uituperium sumenda sunt propinqua existentibus vel existentia
- *I.64 Utrum laus si<t> operum principaliter vel uirtutis
- *II.1 Utrum ad rhetoricam pertinet determinare de passionibus. Marmo
- *II.2 Utrum prudentes et uirtuosos contingit non optima consulere etiam hoc cognoscentes <AL 221.9> (E 164vb-165vb, L 357r-358v) Preben-Hansen ? Marmo ? Ebbesen ?
- *II.3 Utrum descriptio ire sit bona in qua dicit "ira est boni appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apperentem paruipensionem eorum que in ipsum aut in ipsius aliqua non conuenienter" <AL 221.26-28> Preben-Hansen
- *II.4 Utrum ad omnem iram sequitur aliqua delectatio <AL 222.2-3> Preben-Hansen
- *II.5 Utrum amantes et totaliter concupiscentes facile irascuntur <AL 223.27->. Marmo
- *II.6 Utrum magis contristat malum inopinatum quam preopinatum <AL 224.8> (E 168rab, L 362) Preben-Hansen
- *II.7 Utrum magis irascimur paruipendentibus in his nos que parum nobis eistunt quam paruipendentibus nos in his que multum nobis existunt <AL 225.18> Preben-Hansen
- *II.8 Utrum magis irascimur amicis si non bene dicant vel si maledicant quam aliis <AL 225.8> Preben-Hansen
- *II.9 Utrum obliuio sit factiua ire <AL 225.28> Preben-Hansen
- *II.10 Utrum negantes et contradicentes flagellamus magis ut quod eis magis irascimur <AL 226.17> Preben-Hansen
- *II.11 Utrum impossibile est simul timere et irasci <AL 227.2> Preben-Hansen
- *II.12 Utrum nullus qui irascitur paruipendit <AL 227.5> Preben-Hansen
- *II.13 Utrum tempus quietat iram <AL 227.11> Preben-Hansen
- *II.14 Utrum mitiores fiant qui alios puniant <AL 227.15> Preben-Hansen
- *II.15 Utrum ira fit ad iustum <AL 227.21> Preben-Hansen
- *II.16 Utrum amor sit distinctus a delectatione delectatio ab amore <?AL> Preben-Hansen
- *II.17 Utrum magis amamus sine negotiis existentes quam si negotiatores <AL 229.5> Preben-Hansen
- *II.18 Utrum idonei ad deridendum sunt amabiles <AL 229.12> Preben-Hansen
- *II.19 Utrum similiter et eadem desiderantes magis ament se quam dissimiliter et diuersa desiderantes <AL 229.28> Preben-Hansen
- *II.20 Utrum amamus illos ad quos uerecundatur ea que ad ueritatem <AL 230.1> Preben-Hansen
- *II.21 Utrum amamus illos qui sua mala dicunt nobis (E 171vb, L 367v) Preben-Hansen
- *II.22 Utrum nullus quem timet amat <AL 230.12> Preben-Hansen
- *II.23 Utrum odium sit ad genera <AL 230.22> Preben-Hansen
- *II.24 Utrum presentia malitie contristat <AL 230.28> Preben-Hansen
- *II.25 Utrum definitio timoris sit bona in qua dicit "timor est tristitia vel turbatio ex fantasia futuri mali corruptiui et contristatiui" <AL 231.9> Preben-Hansen
- *II.26 Utrum omnes timeant mortem vel etiam debeant timere eam <AL 231.14> Preben-Hansen
- *II.27 Utrum uirtus sit timenda <?AL> Preben-Hansen
- *II.28 Utrum timor exigit aliquam spem salutis <AL 233.4> Preben-Hansen

- *II.29 Utrum homines debent magis audere sive magis timere amicos aduersantes sive magis timere amicos aduersantes quam alios aduersantes <?AL> Preben-Hansen
- *II.30 Utrum aliqui sunt audaces extra quod sint inexperti <?AL> Preben-Hansen
- *II.31 Utrum nullus appetit que apparent sibi impossibilia <?AL> Preben-Hansen
- *II.32 Utrum bene describitur erubescencia scilicet quod "erubescencia est tristitia quedam et turbatio circa ea que uidentur ferre in ingloriationem malorum aut presentium aut factorum aut futurum" <AL 234.14-16> Ebbesen
- *II.33 Utrum laudare principaliter sit uerecundari <?AL> Ebbesen
- *II.34 Utrum opere intemperantie quedam sunt uoluntaria quedam inuoluntaria <AL 235.24> Preben-Hansen
- *II.35 Utrum aliqua uiolenta sunt uerecundabilia <AL 235.25> Preben-Hansen
- *II.36 Utrum nullus de gloria curat nisi propter glori<fi>antes <AL 235.29> Preben-Hansen
- *II.37 Utrum eos qui semper aderunt magis erubescunt quam alios <AL 236.9> Preben-Hansen
- *II.38 Utrum illos magis erubescimus a quibus primo postulamus quam a quibus alias postulamus <AL 236.25> Preben-Hansen
- *II.39 Utrum gratia bene describitur scilicet "gratia est secundum quam dicitur habens gratiam subuenire indigenti non pro aliquo neque ut aliud sibi subuenienti sed ut illi aliquid" <AL 238.4-7> Preben-Hansen
- *II.40 Utrum in retributione acceptorum debeat esse gratia <?AL> Preben-Hansen
- *II.41 Utrum descriptio misericordie sit bona in qua dicitur "misericordia sit tristitia super apparenti malo eorum corruptiuo aut contristatio eius qui indignus est sortiri quod sive ipse exspectet se passurum sive aliquem suorum et horum cum prope uideatur" <AL 239.5-8> Preben-Hansen
- *II.42 Utrum superfelices sunt miseraturi <AL 239.13> Preben-Hansen
- *II.43 Utrum homines miserentur super ualde propinquos in familiaritate <?AL 240.13> Preben-Hansen
- *II.44 Utrum misericordia et nemesis sint inuidia mali moris <?AL 241> Preben-Hansen
- *II.45 Utrum nemesis et inuidia opponuntur misericordie <?AL> Preben-Hansen
- *II.46 Utrum nuptie differentes i.a. magne et excellentes congruunt nuper ditatis <AL 243.8> Preben-Hansen
- *II.47 Utrum seruiles et prauis sint nemesi <AL 243.24> Preben-Hansen
- *II.48 Utrum descriptio inuidie sit bona in qua dicitur "inuidia est tristitia super bonis apparentibus" <AL 244.2-3> Preben-Hansen
- *II.49 Utrum maxime sint inuidiosi qui honorantur in sapientia et felicitate <AL 244.10> Preben-Hansen
- *II.50 Utrum pussilanimis sunt inuidiosi <AL 244.14> Preben-Hansen
- *II.51 Utrum descriptio zeli sit bona in qua dicitur "zelus est tristitia quedam super apparenti presentia bonorum honorabilium et contingentium sibi accipere propter similes natura non quia alii sed quia non entia etiam sibi sunt" <AL 245.17-20> Preben-Hansen
- *II.52 Utrum diuites et nobiles sint zelatiui <?AL> Preben-Hansen
- *II.53 Utrum zelabiles sint despectiui <?AL> Preben-Hansen
- *II.54 Utrum iuuenes sint magnanimi et senes pussilanimis <AL 247.32 & AL 248.28> Preben-Hansen
- *II.55 Utrum iuuenes circa omnia peccant in magis preter edulium <?AL> Preben-Hansen
- *II.56 Utrum senes magis amant uiuere quam iuuenes <AL 249.5> Preben-Hansen
- *II.57 Utrum senes sint nugaces magis quam iuuenes <?AL> Preben-Hansen
- *II.58 Utrum senes sint acute ire <AL 249.20> Preben-Hansen
- *II.59 Utrum a quinquaginta annis sit anime declinatio <AL 250.19> Preben-Hansen
- *II.60 Utrum nobiles sint amatores honoris <AL 250.26> Preben-Hansen
- *II.61 Utrum nobiles sint despectiui similium progenitoribus <AL 250.28> Preben-Hansen
- *II.62 Utrum nobiles ut in pluribus sint non generosi <AL 250.31> Preben-Hansen
- *II.63 Utrum nuper ditati sint peiorum morum quam diuites ab antiquo <AL 251.25> Preben-Hansen

- *Il.64 Utrum potentes sint melioris moris quam diuites <AL 252.1> Preben-Hansen
- *Il.65 Utrum contrariorum si unum est possibile alterum sit possibile <AL 253.27> Preben-Hansen
- *Il.66 Utrum ineruditi sint magis persuasivi <AL 262.12> Fredborg ?
- *Il.67 Utrum tanto sit persuasio conuenientior quanto sit per propinquiora et minus communia <AL 264.2> Fredborg ?

Iohannis Buridani
Quaestiones in Rhetoricam Aristotelis⁵

#<I.1> E 144ra; L 324r; Lü 266vb-267ra; {Z 179r6} <ad Rhet Arist {}>; AL>

<Quaeritur primo utrum> rhetorica sit scientia.

Et arguitur primo quod non, quia est ars[...]

Item, ipsa est prudentia[...]

Item, dicit Aristoteles quod 'rhetorica est potentia considerandi unumquodque contingens persuasibile'⁷[...]

Item, scientia est ex propriis[...]

Oppositum, quia dicitur a 'resis', quod est locutio, et 'ycos', quod est scientia[...]

Item, scientia moralis in eam dividitur, sicut in unam suarum partium subiectivarum.

Item, notitia effectus per suas causas proprias et per sua propria principia est scientia, sed rhetorica est cognitio rhetoricarum argumentationum per earum causas proprias et principia propria, ideo etc.

Puto quod rhetorica distingui debet in docentem et utentem[...]

Dico ergo, quod rhetorica utens non est scientia, prout scientia distinguebatur E 144rb contra artem et prudentiam et sapientiam (6 Ethicorum), immo est ipsa prudentia, et hoc declara sicut tu vis.

Secundo dico quod ipsa non est scientia proprissime dicta prout Aristoteles de ea loquitur primo Posteriorum, quia non per demonstrationes procedit sed per argumentationes non maiorem fidem facientes quam sit opinio.

Contra: quia opinio propter eius defectum, scilicet qui ei contingit falsum dicere, non est virtus (6 Ethicorum); prudentia autem est virtus et rhetorica utens e<s>t prudentia, ergo ipsa est verior et firmior habitus quam sit opinio.

Vide solutionem 6 Ethicorum quaestio<ne> utrum prudentia sit virtus⁸.

Tertio dico quod rhetorica docens non <est> scientia prout scientia distinguitur (6 Ethicorum) contra artem et prudentiam, quia sic prudentia est habitus speculativus. Rhetorica autem est circa agibilia.

Quarto dico quod nihil prohibet eam esse scientiam quantum ad multas (?) conclusiones ipsius prout scientia proprie agitur primo Posteriorum, quia est habitus conclusionis necessarie demonstratae per sua principia

Sed quinto dicendum est quod quantum ad eius probitas (!?) conclusiones ipsa non scientia quae quidem conclusiones non semper sunt vere sed tamen non nisi in paucis patiuntur instantiam et est tamen haec scientia in secundo modo quem.

Solve rationes sicut volueris.

#<I.2> E 144rb; L 324v; {Z 179r9} <ad Rhet Arist 1354a1; AL 159.3-510>

Quaeritur secundo utrum rhetorica sit alicuius generis unius determinati.

Quod sic, quia[...]

⁵ Quaestiones Buriden super Rethoricam Aristotelis E mg.sup.

⁶ utrum rhetorica sit scientia

⁷ Arist Rhet 1355b25; AL 163.8-9: Est itaque rethorica potentia circa unumquodque considerandi contingens persuasibile.

⁸ John Buridan, Qu.EN 6.9 (Minerva f.125rb): Utrum prudentia sit virtus intellectualis.

⁹ utrum <rhetorica> sit alicuius generis determinati.

¹⁰ Rhet Arist 1354a1; AL 159.3-5: Rethorica assecutiva dialectice est; ambe enim de talibus quibusdam sunt que communiter quodammodo omnium est cognoscere et nullius scientie determinate;

Oppositum dicit Aristoteles primo huius quia est assecutiva dialecticae[...]

Oportet videre quomodo rhetorica se habet ad dialecticam et quomodo ad politicam. Quantum ad dialecticam sciendum quod ars dialectica communiter accepta quae contra artem demonstratiuam distinguitur considerat communiter de illis argumentationibus quae fidem faciunt non perfectam sed cum formidine ad oppositum quantum est ex natura earum licet aliquando quis dialecticae rationi ita fortiter E 144vb adhereat sicut alter rationi demonstratiue, ut dicitur 7 Ethicorum quod fit propter diuersas naturas ipsorum vel consuetudines uel, quia deceptorie credit ille de ratione dialectica quod sit demonstratiua vel propter aliquid huiusmodi

Dialectica autem sic communiter accepta dividitur ex eo quod propositiones ex quibus constituitur argumentatio dialectica possunt respicere intellectum simpliciter vel possunt respicere intellectum in ordine ad appetitum scilicet prout ipse intellectus per passiones appetitus natus est trahi ad aliter iudicandum Una ergo et prima pars dialecticae communiter accepte considerat probabilia secundum quod respiciunt intellectum simpliciter alia uero secundum quod respiciunt intellectum in ordine ad appetitum Prima pars traditur in libro Topicorum et Elenchorum Aristotelis et uocari potest dialectica principalis <eo> quod deseruit scientiis primis et principalissimis scilicet speculatiuis in quibus appetitus in quantum est de per se non est natus trahere intellectum ad aliter iudicandum nisi forte per accidens ut si uoluerimus sustinere aliquid quod alias diximus aut quod dixerunt noti nostri et amici Secunda pars traditur in libro Rhetorice quae uocari potest dialectica moralis, quia deseruit per se scientiis moralibus in quibus appetitus est innatus trahere appetitum.

Apparet ergo in veritate, quod rhetorica est pars dialecticae communiter L 325v accepte et quod non est pars dialecticae principalis siue speculatiue

Tamen potest dici quod ipsa <sit> assecutiua ipsius quando enim aliqua duo multam habent ad inuicem conuenientiam et unum est perfectius aut prius altero nos dicimus posterius assecutiuum esse prioris vel imperfectius perfectioris Dialectica autem principalis et rhetorica plurimam habent conuenientiam rhetorica tamen imperfectior et posterior est quod sic patet conueniunt, quia ambe de actibus rationis considerant sed rhetorica deficit a principali dialectica, quia illa est de syllogismis et de inductionibus ut plurimum. Haec autem magis de enthymematibus et exemplis Conueniunt, quia neutra facit fidem perfectam differunt tamen, quia rhetorica minorem propter E 145ra actuum humanorum uarietatem (unde primo Ethicorum bona et iusta etc uideri) Conueniunt, quia utraque de communibus sed dialectica principalis potentior, quia locum habet in speculatiuis alia in practicis Dialectica generat opinionem, quia opinio dicitur in ordine ad intellectum simpliciter rhetorica persuasionem, quia persuasio dicitur <in ordine> ad appetitum Dialectica principalis est prior, quia rhetorica dicit subalternatam additionem sicut intellectus appetitiuus ad intellectum simpliciter

Quomodo autem se habeat ad politicam? Sine dubio dicendum est quod moralis scientia communiter accepta dividitur in principalem et adminiculatiuam Ipsa est pars moralis scientiae communiter accepte sed non est pars moralis scientiae principalis Possumus ergo dicere quod ipsa est pars politicae capiendo politicam largissime pro tota morali philosophia.

Hiis visis dicendum quod dialectica sit communis et nullius generis determinati, et de hoc uide in libro meo.

Ultimo dicendum est quod rhetorica non est simpliciter communis sicut dialectica, quia restricta est ad mores, sed ipsa est communis moralis, sicut dialectica est simpliciter communis.

Solve sicut vis.

#<l.3> E 145ra-145rb; L 325v; {Z 180v11} <ad Rhet Arist 1354a30-1354b1; AL 160.7-1412>

11 utrum pauca sint iudicantibus committenda.

12 Rhet Arist 1354a30-1354b1; AL 160.7-14: Maxime quidem igitur conuenit recte positas leges, quecumque contingit, omnia determinare ipsas, et quam committere iudicantibus, primum quidem quia unum habere et paucos facilius quam multos bene

Quaeritur tertio utrum paucissima sint committenda iudicantibus.

Arguitur quod non, immo omnia, quia illi oportet omnia committere qui de omni controuersia inter partes habet iudicare sed iudex est huiusmodi

Item, arbiter seu arbitratores sunt iudices quibus tamen saepe partes omnia committunt disserenda

Item, si per iudicem intelligimus principem patet quod ei committitur tota populi custodia et regnum Hoc autem non est parum Si autem per iudicem intellegamus barones praepositos et alios sub principe constitutos adhuc oportet eis plurima committere cum princeps possit pauca in propria persona uidere

Item, omnia quae sunt facti oportet cum suis E 145rb singularibus circumstantiis iudici committere cum legislator non poterit illa praeuidere sed talia sunt plurima

Item, oportet iudicem ad singula descendere Leges autem solum uniuersaliter determinant ergo oportet ei committere quecumque pertinent ad descensum sub uniuersali determinatione. Haec autem sunt plurima vel infinita secundum infinitas uarietates indiuiduarum et singularium circumstantiarum

Item, iudici oportet committere examinationem testium et dictorum suorum collationem Hoc autem <non> est paucum cum ex hoc dependeat totius litis determinatio iustum animatum melius videtur esse iusto inanimato unde 7 Politicae melius est quod habet rationem eo quod non habet Meliori autem plura sunt committenda quam determinari sed iudex est uelut iustum animatum (5 Ethicorum) Lex autem uelut iustum inanimatum, ideo etc

Oppositum vult hic Aristoteles expresse.

Nota: committere iudici potest esse dupliciter, uno modo proprie, alio modo improprie, vide quomodo in libro meo.

Nota: quaedam sunt iuris alia facti sunt omnes propositiones singulares circa agibilia humana ut quod iste percussit illum et quod ille erat clericus et quod in hac ecclesia et quod illo die vel illa hora et sic de aliis.

Iuris dicuntur omnes propositiones universales circa agibilia humana vere semper vel in plurimis.

Propositiones autem quae sunt iuris possibiles sunt omnes lege determinari quantum est de se. Quicumque enim casus legislatori proponeretur, ipse determinaret quid in omni tali casu est tenendum, sed ex parte nostra obest, nam propter debilitatem nostri intellectus, qui non potest omnes differentias casuum possibilium perspicere, non est possibile quod omnia quae iuris uocantur (?) lege determinantur. Ea quae facti dicuntur, impossibile est etiam quod lege determinantur, cum legis determinatio sistat in universalibus, sed talium inquisitio E 145va veritatis fit aliquando ad possibile, aut per testes, aut per iuramenta, aut etiam per coactiones violentas. Verum est tamen quod de congruo modo vel de incongruo prosedendi in huiusmodi Possunt iterum formari propositiones uniuersales semper uere vel in plurimis quae iterum iuris dicuntur et non facti

Dicendum est ergo quod quecumque sunt facti in quantum sunt facti et non iuris sunt iudicibus committenda proprie et quecumque etiam sunt iuris si non sunt legibus determinata et illa sunt plurima immo nobis infinita Dicitur etiam quod omnia lege determinata committuntur iudicibus improprie sed non semper et illa sunt pauca in respectu aliorum ideo similiter concedi debet quod plurima sunt eis committenda.

Dicendum est tamen quod leges debent quantum possibile est plurima de hiis quae iuris determinare et sic intelligitur quod quantum est possibile paucissima sunt de hiis quae iuris sunt iudicibus committenda, quod Aristoteles pulchre probat triplici ratione: prima est quod illis paucissima sunt committenda quos impossibile vel ualde difficile est esse sufficienter sapientes etc, vide textum.

Secunda ratio est illa: Paucissima sunt committenda <illis> qui habent in breui reddere iudicia de rebus difficilibus, arduis et occultis; iudices sunt huiusmodi, aliter partes damnificarentur et remanerent dissensiones et odia quae possent esse principia destructionis totius ciuitatis, supple residuum ex textu.

Tertio ratio: illis paucissima sunt committenda quorum iudicia saepe peruerti nota sunt passionibus etc, vide textum.

Ad idem dicitur Politicae oportet leges recte positas esse dominas Principem autem siue unus siue plures sint de hiis esse dominos de quibuscumque non possunt leges dicere propterea quod non facile sit uniuersaliter determinare de omnibus

Item, ex 3 Politicae rationes sumuntur quae forte non multum distant a praecedentibus. Plures enim ceteris paribus melius iudicant paucioribus cum, quia possunt magis conferre de circumstantiis cum, quia non ita possunt peruerti odio vel E 145vb amicitia vel alia quaecumque passione sed legem ferentes sunt plures et sapientes iudicantes autem est unus vel pauciores nec saepe sapiens cum non sit facile tot inuenire sapientes quot in diuersis locis oportet esse iudicantes ut arguebatur prius

Ad confirmandum tertiam rationem adduco auctoritatem 3 Politicae legem principari eligibilius magis quam ciuium unum aliquem cuius ratio est, quia oportet intellectum principari non seductum (?) passionibus appetitus Homo autem non sine appetitu <est> lex enim est intellectus sine appetitu homo autem sine appetitu habet intellectum unde quisquis intellectum iubet principari videtur iubere principari Deum et leges qui autem hominem iubet apponit et bestiam. Sed posito quod sit homo uirtuosus, dic: quod adhuc propter impotentiam omnia perspiciendi ab uno, quae multis et a longo tempore consideratis perspicere potuerunt qui legem posuerunt, melius est multa esse lege praedeterminata.

Credo tamen quod melius esset uirtuoso totum committere quam iudicem esse prauis quacumque supposita legis determinatione.

Ordina illa cum dictis prioribus et solve rationes.

#<I.4> E 145vb-146rb; L 327r; Lü 267va-268ra; {Z 180v13} <ad Rhet Arist {}>; AL 161.2-16>

Utrum negotium contionale sit principalius siue nobilius negotio iudiciali.

Quod non, quia non distinguitur[...]

Oportet enim et iudicem et aduocatum in iudicali negotio uti consilio prae praemissas (?) iudicare de quaestione consilii Est enim consilium quaestio resolutorio (3 Ethicorum)¹⁴.

Item, iudiciale spectat ad iustitiam quae scilicet est praeclarissima uirtutum et perfecta uirtus (5 Ethicorum)

Item, consilium est de sibi conuenientibus ut et iudicium de aliis iustitia autem et uirtus ex hoc commendatur, quia est ad alium

Item, iudiciale habet locum non solum circa conferentia sed et circa dilectabilia Contionale autem solum circa conferentia ut patet primo huius sed dilectabilia cum E 146ra magis habeant motum si sibi (?) sunt nobiliora et meliora conferentibus, ergo etc

Item, principalius intenditur in politica quod magis est seruatiuum amicitiae et pacis Ad hoc enim legislatores maxime student (8 Ethicorum) Sed hoc est iudicabile cum sit discordiarum sedatiuum et malorum punitiuum

Opositum Aristoteles dicit contionale est pulchrius ciuilibus et ex hoc contradicit rhetoricam uersari circa argumentationes rhetoricas principalius quam circa orationes passionatiuas, quia orationes passionatiuae minus habent locum in contionali negotio quam in iudicali quod non sequitur nisi contionale esset principalius

Dicendum <est> quod iustitia distinguitur dupliciter (5 Ethicorum) scilicet legalis quae est tota uirtus et particularis si ergo negotium iudiciale dicatur a iustitia legali tunc extendit se ad omne opus uirtutis ideo de tali non est hic sermo sed de iudicali dicto a iustitia particulari circa commutationes et distributiones et

13 utrum negotium contionale sit principalius

14 EN AL .416.12-14: Videtur autem questio quidem non omnis esse consilium, puta mathematice, consilium autem omne questio; et quod ultimum est in resolutione primum esse in generatione;

specialiter negotium iudiciale quod rhetor distinguit contra contionale et exclamatiuum habet ibi locum in accusationibus de iustificatione et defensionibus quae solum habent locum circa bona fortune subiecta quae scilicet a nobis auferri possunt per alium et illa bona uocat Aristoteles 9 Ethicorum circumpugnabilia Contionale uero locum habet circa omnia fine statuto conferentia vel nociua Oportet enim in consilio finem statuere et est consilium de hiis quae ad finem (3 Ethicorum et primo huius) Dicendum est ergo quod negotium contionale est ualde nobilius et excellentius negotio iudiciali.

Primo, quia contionale est circa meliora quae non solum circa bona corporis aut exteriora sed et circa bona animae interiora.

Secundo, quia consilium ducem (?) debet respicere tamquam finem ipsam felicitatem iudiciale autem non sed sistit in equando lucrum dampno.

Tertio, quia contionale statuit finem iudiciali Contionale enim uidens equationem illam conferre E 146rb felicitati et hominis et ciuitatis contra (?) dic (?)eam esse seruandam et tunc ad illam seruandam locum habet negotium iudiciale.

Quarto, quia contionale magis respicit bonum totius politicae Principes enim maxime consiliantur de bello et pace et custodia regionis de legislatione et talibus ut infra dicitur iudiciale autem magis respicit bonum particulare de quo est controuersia inter litigantes et illa sicut dicit Aristoteles contionale et ciuilius (?), quia communis.

Quinto, quia in optima et concordissima commercatio (?) non indigeremus iudiciali unde 8 Ethicorum omnibus amicis existentibus non esset opus iustitia et illa iudiciale ortum habet quodam modo ex defectu sed nos indigeremus contionali Generosius autem est quod non oritur ex defectu sed quod habet locum in commercatio (?) nobiliori.

Sexto sicut dicit Aristoteles contionale est minoris eo quod iudiciale semper est circa bona de quibus iam est contentio nec passiones sunt ita nate peruertere consilium sicut iudicium Si enim passiones peruerterint consilium aliquando hoc non est nisi in quantum uertitur consilium circa materiam iudicialis negotii. Solve rationes. Consequenter quaeritur quinto

#<I.5> E 146rb-147rb; L 327v; Lü 268ra-268va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum rethorica debeat principaliter considerare de orationibus passionatiuis.

<Arguitur> quod sic, quia ipsa debet principaliter considerare de eo per quod ipsa contrahit <dialecticam> et distinguitur ab ea. Hoc autem est per orationes passionatiuas, quia per hoc solum distinguitur, videtur quod dialectica respicit simpliciter intellectum, rethorica uero intellectum prout natus est trahi per appetitum.

Item, dialectica cum nullius sit generis determinati considerat sufficienter omnes argumentationes dialecticas circa quamlibet materiam sed argumentationes rethorice non pro quanto respiciunt passiones appetitus sunt dialectice ergo illas considerat dialectica et sic consideratio rethorice solum restat de passionibus

Item, non apparet causa quare debemus habere circa materiam moralem specialem dialecticam scilicet rethorica magis quam circa naturalem vel methaphisicam nisi propter passiones que locum habent in materia morali. ergo nec moralis prout contra dialecticam simpliciter debet principaliter considerare passiones <uel> orationes passionatiuas

Item, mores sunt principaliter circa passiones et rethorica cum sit scientia moralis est principaliter circa morales igitur etc

Item, cum finis rethorice sit persuasio et dissuasio ipsa debet esse principaliter circa ea quae maxime faciunt ad omne persuasum vel dissuasum sed passiones ad hoc maxime faciunt homo enim

propter amicitiam vel inimicitiam timorem vel odium citissime assentit modice rationi quae est ad hoc ad quod passio inclinatur et fortissime rationi ad contrarium non assentit hoc est experientia

Item, ad rethorem principaliter spectat illud quod scit certius exquirere et magis iudicare sed 10 Ethicorum magis iudicant et certius exquirunt cum delectatione operantes

Item, cum ars possit dari de sermonibus passionatiis oportet quod ad aliam artem principaliter pertineat sed ad nullam aliam pertineret ergo pertineret ad rethoricam quod etiam patet, quia totus secundus liber vel quasi et magis pars primi libri sunt de passionibus

Oppositum <uult> Aristotiles

Sciendum quod sermones passionatiis et rethorice argumentationes distinguuntur per hoc quod rethorice orationes uocantur quae directe tendunt ad inferendum factum et circumstantias quae reddunt factum iustum vel iniustum iustius vel iniustius aut minus iustum vel minus iniustum Et +liquor+ in negotio iudicali in quo maxime locum habent sermones passionatiis Sed sermo passionatiis est qui est natus aliam passionem inferre parti ut iudici inclinantem iudicem ad iudicandum magis pro una parte et contra aliam quam exigant factum et circumstantie ipsius et hee passiones sunt amor odium ira timor misericordia cupiditas et huiusmodi

Dicenda sunt duo primo quod prima et principali intentione sermones passionatiis non pertinent ad rethoricam 2 quod pertinent ad eam intentione secundaria

Ad primam conclusionem adducit Aristotiles plurimas rationes, quarum duas accipio et reliquae videantur in textu. Prima sit haec: rethoris intentio principalis non est peruertere iudicem sed sermones passionales vel nihil faciunt vel peruertunt iudicem 2a est, quia principalis intentio rethorice est causam suam ostendere quod non faciunt sermones passionatiis Et confirmat[ur] Aristotiles signo et in aliquibus ciuitatibus optime legibus ordinatis prohibentur tales sermones et illa debet fieri in parlamento regis aut papae. 2a ratio probatur, quia uitia et cautele sunt in arte consideranda ut eis uti uolentibus sciamus resistere sermones autem passionatiis sunt sicut cautele et deceptiones

3 posset dici quod nullo modo sunt de intentione rethorice ut eis utantur sicut ut syllogismi sophistici de intentione dialetice unde qui eis utuntur non sunt in hoc rethores sed sophiste rethores Nisi tamen quod aliquae sunt passiones non peruertentes iudicium sed solum reddentes iudicem beniuolum et attentum ad causam huic (?) in audiendum et cito sententiandum Et istis potest iuste uti rethor propter quod iste sunt per se de intentione rethoris licet non primo sed orationes rethorice primo

vel dicas secundo quia iudice et parte aduersa se habentibus in lite iuste et +sancte+ numquam est utendum sermonibus passionatiis illi<s> qui nati sunt iudicem obliquare vel partem aduersam perturbare, quia hoc est iniustificare et iniustificationem iudicis procurare aliis tamen passionibus praedictis utendum est

3 dicendum est quod iudice inclinato ad unam partem non est inconueniens uti sermonibus passionatiis inclinantibus ad aliam partem donec esset rectificatus Dum cum ad illum finem solum eis uteremur similiter parte aduersa uideretur eis pass<ionib>us iuste uti <eis> ad contrarium ut sic iudex in rectificatione stare teneatur

Ideo contradicitur quod ob hoc pertineret ad rethoricam et cum hoc ut solvere sciamus utentibus sicut de syllogismis sophisticis in dialetica.

Solve rationes sicut vis.

Primo ostensum fuit in 4or conclusionibus quibus et quomodo liceat uti passionibus vel passionatiis orationibus in +di+ et quibus et quomodo non 2 ex hoc apparuit quibus de causis pertinet de hiis ad rethoricam <considerare> 3 ostensum fuit quod principaliter pertinet ad politicam <tam> de argumentationibus rethoricis quam de orationibus passionatiis, quia directe et principaliter persuadent orationes autem passionatiue vel non prosunt (si iudex fuit homo uirtutes) vel dispositione prosunt (scilicet ille quibus licet uti iuste) vel ad replendum impedimentum prosunt (scilicet ille quibus non licet uti nisi casibus dictis prius)

#<I.6> E 147rb-147vb; L 329r ; Lü 268va-269ra <ad Rhet Arist 1355a20; AL>

Utrum rhetorica sit utilis.

Quod non, quia non est utile sed nocuum quod <in> poliLü 268vbti<c>a saepe infert plurima (?) nocumenta sic est de rhetorica[...].E 147va

Item, vel esset utilis propter iudices prauos vel propter iudices uirtuosos[...]

Item, bonum est quod appositum bono reddit ipsum melius ergo similiter malum est quod appositum amlo reddit ipsum peius sic est de rhetorica non moueretur

Oppositum uult Aristoteles

Notandum est sicut bene dicit Aristoteles quod omnibus humanis contingit male uti et nocere exceptis uirtutibus ut dicit Aristoteles et quanto illa fuerunt excellentiora bona tanto magis contingit eius nouere ut corporis fortitudine sanitate diuitiis potentia amicorum multitia principii (?) plantura (?) et aliis huiusmodi Ab hoc autem uirtutes morales excipiuntur, quia haec est earum condicio et natura quod semper secundum exigentiam omnium circumstantiarum ipse inclinant ad id quod oportet et excipe quod dictis (?) uirtutibus moralibus prudenti quae eis necessario contur et alicuius uirtutum moralium vel prudentie et ea uniuersalliter quae necessario uirtutes morales praesupponunt/it

Ex hoc apparet esse dicendum quod rhetorica possumus uti male et ea ualde nocere et sic ea quantum possunt utuntur iniusti decipiendo et seducendo simplices adulando potentes et in consiliis falsa ad quae domini inclinantur ualuando peruertendo iudices prolongando lices obscurando E 147vb ueritatem et uerisimilibus tegendo falsitatem et plurimi sic utuntur ea, quia homines ut in pluribus sunt mali ut dicitur in Topicis Propter quod Tullius in principio sue Ueteris Rhetorice dixit saepe et multis etc Sed tamen sciendum est quod sicut ille cibus vel potus non dicitur malus simpliciter qui est febricitanti malus nec sanus qui est ei sanus sed qui sano et bene disposito sic etiam apud ((malum vel quo malus male utitur nec bonum quod uidetur sibi bonum)) animam illud non est simpliciter dicendum malum quod in malo malum vel quo malus male utitur nec bonum quod uidetur sibi bonum sed quod studioso uidetur esse bonum aut malum vel etiam quod est sibi (?) bonum vel malum hoc est simpliciter dicendum bonum vel malum Dicam ergo quod rhetorica est ualde bona et perutilis quod Aristoteles probat quadruplici ratione. Vide eas[...].per eam cautelis et cauillationibus iniustorum resistimus.

Notandum: sequens quaestio facienda est ante praecedentem.

#<I.7> E 147vb-148va; L 329v; Lü 269ra-vb <ad Rhet Arist 1355a7; AL 161.20-2115>

Quaeritur septimo utrum enthimema sit simpliciter principalissimum persuasionum. E 148r

Quod non.

Vide argumenta in libro, et adde hoc argumentum: Principalius est inter persuasiones, quod est magis persuasivum; exemplum est huiusmodi, ut dicit Aristoteles, cuius assignat rationem talem[...]

Item,[...]

Oppositum dicit Aristoteles, et arguitur ratione: quia principalissimum persuasionum vel est mos loquentis vel est oratio pa<ssionati>ua vel est argumentatio rhetorica sed non oratio pa<ssionati>ua, quia illa nullam faceret fidem uirtuoso <uel> non multam nec mos loquentis qui est pars vel pro parte ideo non est credendum ei et quia malitiosus posset fingere modestiam et moret et sic esset facile fieri deceptionem Etiam sermones pa<ssionati>ui et mos loquentis sunt extrinseca[...].igitur etc

Nota: diuisionem persuasionum ab Aristoteli in artificiales et in inartificiales[...].Et est sciendum quod est ultimi modi sumpti ex parte orationis non solum se tenet ex parte scilicet orationis sed etiam simul ex parte audientis nec isti modi vel etiam mos dicentis aut orationes pa<ssionati>ue directe ostendunt propositum

15 Rhet Arist {}; AL 161.20-21: et est hoc ut est dicere simpliciter principalissimum persuasionum

quod sit ira vel non ita sed disponunt audientem et habilitant ad assentiendum intentius et celerius argumentationi directe tendenti ad propositum inferendum et eius conclusioni propter quod omnes illos modos uocat Aristoteles extra solus ergo primus modus se tenens ex parte orationis est directe ostensius propositi propter quod ille est principalissimus omnium aliorum

Potest tamen dici, sicut dicit Aristoteles, quod inter alios mos dicentis facit fidem principalissimam eo modo, quo videb<is> in libro, ubi de hoc sit quaestio.

Sed tunc ueniendo ad modum du[...]-tuum primo comparandum est enthimema ad syllogismum, sicut in libro uidebis <in>[...]-quaestione de hoc facta, deinde comparandum est enthimema ad exemplum, sicut etiam videb<is> in quaestione de hoc facta.

Solve rationes hinc inde sicut uelis.

#<l.8> E 148va-149rb; L330v; Lü 271ra-va <ad Rhet Arist 1355a30; AL 162.9-1516>

Quaeritur octavo utrum dialectica et rhetorica solum habeant contraria syllogizare.

Primo videtur quod non rhetorica, quia[...]-E 148vb

Item, dialectica[...]

Item, si contineret[...]

Item, demonstratiua[...]

Item, dialectica[...]

Item, videtur quod aliae scientiae sint syllogizative contrariorum[...]

Item, potentiae rationales sunt oppositorum (9 Metaphysicae[...])

Item, tunc rhetorica et dialectica nullius essent utilitatis ad inquisitionem veritatis, quia qua ratione uni parti per eam adherendum eadem ratione alteri.

Ordina illam rationem inter praecedentes.

Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod alia est dialectica vel rhetorica utens alia docens[...]-non enim exigitur ad dialecticam argumentationem quod ex tali antecedente sequitur tale consequens necessario et ineuitabiliter sed sufficit quod ut <in> pluribus.

Ponamus ergo quod Socrates taxillator existens et communiter (?) errabundus de nocte fuerit in domo Platonis et inspexerit unum fardellum, et iste fardellus per furtum (?) ablatu sequenti die inueniatur in domo Socratis ostio clauso et Socrate habente clavem, concludetur propabiliter quod Socrates fardellum furatus est antecedente enim sic circumstantiato existente uero consequens ut in pluribus esset uerum unde tanta esset probabilitas istius argumenti quod iudex poneret Socratem in tormentis. Possibile est tamen quod Socrates ista nocte cubuit in taverna Roberti de mane in lecto inventus et quod ostium domus erat clausum ut Socrates non posset ipsum aperire qua[...]-tur probare probabiliter quod Socrates fardellum non est furatus.

Solve rationes. Quaeritur consequenter nono

#<l.9> E 149rb-149vb; L 332r; Lü 271va-272ra <ad Rhet Arist {} ; AL>

utrum eiusdem artificis artis vel scientiae vel potentia vel quomodocumque uocetur sit considerare persuabile et apparens persuabile vel etiam syllogismum dialecticum et apparentem syllogismum dialecticum.

Quod non.

Vide argumenta in libro ad utramque partem.

16 Rhet Arist 1355a30; AL 162.9-15: Adhuc contraria oportet posse persuadere, sicut et in syllogismis, non ut ambo agamus (non enim oportet prava agere), sed ut non lateat qualiter habet, et ut alio utente non iuste orationibus ipsi solvere habeamus.

Dicendum quod[...]Sed ad maiorem euidentiam dictorum sciendum quod sophistica potest distinguui duplex scilicet docens et utens[...]
Solve rationes.

#<l.10> E 149vb-150rb; L 333r; Lü 272ra-va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Sequitur quaestio decima.

Haec quaestio deberet fieri ante praecedentem, et facta fuit simul in eadem lectione cum ea, scilicet - utrum finis proprius rhetorice sit persuadere. E 150r

Quod sic, quia[...]

Item, rhetor vel credit posse persuadere iudicem[...]

Oppositum Aristoteles dicens:[...]

Dicunt aliqui oratorie seu rhetorice utentis finem proprium esse persuadere propter rationes factas ibi pro sed dicunt finem proprium et immediatum rhetorice docentis non esse persuadere sed persuasibilia uidere id est propter hoc considerare quod effectus proprius alicuius potentie est eius proprius et mediatu finis opus autem proprium habitus intellectualis non est operari extra sed intra scilicet considerare ideo bene dixit Aristoteles quod rhetorica est potentia considerandi etc de oratoria uero>uere dixisset quod quod est potentia proponendi unumquodque etc vel quod est potentia dicendi apposite vel persuadendum Sed quamuis secunda conclusio concedatur de fine proximo tamen prima conclusio non conceditur[...]Alii dicunt oratoris finem proprium in producendo non esse persuasionem, quia non semper persuadet sed eius dicunt persuasionem esse finem proprium in intendendo, quia semper intendit persuasionem aliter frustra laboraret Sed nec illud est uerum, quia[...]Dicam ergo cum Aristoteli quod rhetorice docentis est solum +persuasibilia uidere orationis persuasibilia proponere+ contingit autem quod ultra aliquando intendat persuadere si appareat eis possibile vel persuasionem partis aduerse debilitare ut in pauciori (?) fiat condemnatio vel litem prolongare vel aliud huiusmodi.

Solve rationes.

#<l.11> E 150rb-151ra; L 333v; Lü 274ra-vb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Circa capitulum primum secundi tractatus quaeritur utrum descriptio rhetoricae sit bona in qua dicitur: 'rhetorica est potentia considerandi unumquodque contingens persuasibile'¹⁷.

Quod non, quia[...]

Item, rhetorica cum sit ars quaedam est habitus sed 2 Ethicorum Aristoteles E 150va distinguit contra in mente passionem potentiam et habitum ergo etc

Item,[...]

Item,[...]

Item, inferius dicit

Item, contra illud uocabulum contingens[...]

Oppositum dicit Aristoteles

Nota: quod potentia si proprie utitur est principium quoddam mutationis[...]

Iterum sciendum est quod duplex est potentia scilicet remota et propinqua[...]et esset intellectus Sed aliquis quereret[...]Forte potest dici quod[...]

Uel forte dicendum quod[...]Sic ergo patet de genere posito in descriptione rhetorice 'Tunc sequitur considerandi'[...]Sed quare dixit considerandi et non dixit proponendi[...]Deinde determinando[...]Et dicit 'contingentiis' non, quia oporteat conclusiones rhetorica declaratas esse contingentes sed quia

¹⁷ Rhet Arist 1355b25; AL 163.8-9: Est itaque rethorica potentia circa unumquodque considerandi contingens persuasibile.

argumentationes persuasivae de conclusionibus contingentibus semper et ex praemissis ambabus vel saltem altera earum[...]Dicit persuasibile[...]
Solve rationes.

#<I.12> E 151ra-151vb; L 335r; Lü 274vb-275rb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur duodecimo utrum bona sit divisio persuasionum acquisitarum E 151rb per orationem quod hee quidem sunt in more loquentis hee autem in eo quod est auditorem disponi aliquid aliter hee uero in ipsa oratione per hoc quod ostendit vel videtur ostendere.

Quod non[...]

Oppositum patet per Aristotelem

Nota: persuasio nihil aliud est quam fides seu credulitas qua quis assentit propositioni dubie de humanis actionibus vel agibilibus. Oratio autem rhetorica tripliciter potest habere uirtutem generandi talem fidem in anima auditoris[...]orationi quandam uim credulitatis Tertiam uirtutem habet oratio inclinatiuam auditoris[...]Et scias quod hee credulitates aliquando simul omnes fiunt per eandem orationem et redditur inde fides intensa ualde quod apparet si quis suum uelit dissuadere statim opponet per rationem adductam ad eius persuasionem et si ratio illa soluatur ei statim opponet Domine talis informauit me qui non mentiretur et si opponatur ei Domine nonne isti sunt eque ueres et sunt plures ille erat unus solus uidete rationem diceret (?) statim p[...]dentis ((iste)) ite domini ego sum ualde bene informatus et omnes sermones eorum credet esse deceptiones[...]

Solve rationes.

#<I.13> E 151vb-152ra; L336r <ad Rhet Arist {}>; AL>

Duae quaestiones faciles proponuntur quarum prima est utrum omnis argumentatio sit syllogismus vel inductio

Quod non De conuersione Exemplum non est inductio[...]

Item,[...]

Item,[...]

Oppositum Aristoteles.

Nota: consequentia est in plus quam argumentatio quoniam argumentatio requirit medium et extrema consequentia autem non requirit medium ut in conuertendo vel ubi eadem propositio sequitur ad se ipsam

Item, argumentationum alia perfecta alia imperfecta[...]nec inductio sed potest dici inductio imperfecta materialiter[...].

Solve rationes.

#<I.14> E 152ra-152rb; L336v; Lü 275rb-va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 14 utrum omnis argumentatio persuasiva sit enthimema vel exemplum.

Quod non, quia[...]

Item,[...]

Oppositum dicit Aristoteles

Omnes autem persuasiones faciunt per[...]

Item, in syllogismo perfecto oportet alteram praemissarum esse uniuersalem et illa est iuris ideo iudex scilicet auditor si sit sufficiens tenetur eam scire[...]ideo non poterit ad eam probandam fieri inductio.

Solve rationes.

#<l.15> E 152rb-152vb; L 337r; Lü 275va-276ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 15 utrum rhetorica consideret singularia

Quod sic.

Quod dicit Aristoteles ipsam esse potentiam considerandi unumquodque etc E 152va

Item, si non esset circa singularia hoc esset, quia nulla ars considerat singulare hanc enim rationem assignat Aristoteles sed hoc est falsum.

Probatio:

Primo, quia spectat ad artem scire principia artis quae sine experientia sciri non possunt nec per consequens sine consideratione singularium.

Secundo sicut 6 Ethicorum arguitur de prudentia, quia oportet artificem scire omnem syllogismum necessarium ad recte operandum sed illud habet unam propositionem particularem in qua contingit errare ut quod omnes ponderose aque sunt praue et quod haec ponderosa vel formatur ratio sic, quia aliter per artem non posset operari sine errore nisi a casu, quia continget errare in particulari propositione syllogismi operabilis.

Tertio, quia (2 Ethicorum) ex quibus ars vel virtus operatur circa eadem habent esse sed ex operibus quae non sunt nisi particularia et circa particularia generantur edificantes enim edificatores fiunt et citharizantes cithariste.

Quarto, nullum uidemus medicum perfectum ex sola consideratione librorum et uniuersali disputatione sed cum longo tempore operatus est circa singularia Hoc autem non videtur nisi, quia artis perfectio exigit notitiam singularium.

Quinto, si ars non esset circa singularia hoc esset, quia ipsa sunt infinita <et> non sunt scibilia hanc enim rationem ponit Aristoteles sed hoc non videtur concludere, quia simili ratione sequitur quod prudentia non esset circa singularia

Item, sicut prudentia ad agibilia sic ars ad scibilia sed prudentia non solum est <circa> uniuersalia agibilia (6 Ethicorum)

Oppositum Aristoteles expresse dicit: 'nulla ars considerat particulare', quia quod est 'secundum unumquodque infinitum est et non scibile' propter quod 'neque rhetorica quod secundum unumquemque probabile considerabit'¹⁸. Solet distingui inter rhetoricam docentem et utentem et illa distinctio non est bene propria, quia docens et utens significant actus quosdam esse autem rhetorice non consistit in actu operari sed in posse ideo dicitur potentia Sed illa nomina cum sint ad placitum debent exponi docens id est doctrinalis et utens id est usualis Doctrinalis est secundum quam possumus docere vel componendo librum vel legendo in scholis. Et illa ut sic stat ad universalia quoniam singularia non possumus fere nobiscum. et quia latent cum sint extra sensum (7 Metaphysicae) et quia <in> infinita ideo inenarrabilia. Sed dico quod rhetorica talis non est perfecta simpliciter nec sufficiens ad recte et firmiter operandum. Patet <per> experientiam de medicis et advocatis. +ad celichii etplaii prodii+, quia oportet practicos syllogismos unam habere singularem Rhetorica uero usualis secundum quam possumus recte uti sermonibus rhetoricis ad persuadendum talem oportet acceptam esse per experientiam ex multis operationibus sicut in aliis omnibus circa quae est ars et talis habitus stat in experientia <et> notitia singularium et parum aut nihil cognoscitius est causarum ideo etiam imperfectus Perfectus autem habitus qui ex utrisque simul componitur De illis habitibus locutus est Aristoteles in prooemio Metaphysicae expertum magis proficere uidemus sine experientia artem habentibus Doctrinalem enim habitum uocat proprio nomine artem et usualement experientiam in principio huius cum dixit omnes usque ad aliquid exquirere etc hos autem fortuito illos autem ab habitu propter consuetudinem +de quibus+ contingit dicere causas quod utique iam omnes

¹⁸ Rhet Arist 1356b25-1356b30; AL 165.26-166.1: nulla autem ars considerat particulare[...]quod autem secundum unumquodque infinitum et non scibile, neque rhetorica quod secundum unumquemque probabile considerabit

confitebuntur artem esse Usualem autem siue experientialem habitum multi solent uocare oratoriam artificialem rhetoricam Et sic apparet quae apud illos sit illorum nominum differentia. Residuum huius quaestionis stude 16a quaestione 6 Ethicorum¹⁹, et solve rationes.

#<I.16> E 153ra-153va; L 338r; Lü 279vab <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 16 utrum rhetorica sit de quibus consiliamur et artes non habemus et non de aliis

Primo arguitur quod ipsa bene sit de quibus non consiliamur, quia

Item, de necessariis non consiliamur[...]Deinde arguitur quod ipsa non sit de quibus argem habemus, quia[...]

Oppositum Aristoteles.

Et arguitur quod non sit de quibus artes habemus, quia[...]

Nota: differt de et ex scientia ars proprie loquendo dicitur de conclusionibus ex principiis Secunda nota quod rhetorica dicitur esse de[...]

Nota: de hiis proprie dicimur artem habere quae in arte doctrinaliter determinata sunt et certificata de illis autem propositionibus dicimus artem non habere quae sic in arte tradita non sunt determinata et certificate quamuis sint propositiones facte circa illam materiam circa quam ars uersatur uerbi gratia circa materiam medicinalem multe formari possunt propositiones quae per artem medicinalem doctrinaliter traditam determinate sunt et certificate et de hiis dicimur habere artem Aliae suant multe circa eandem materiam quae sic non sunt certificate tanta enim est talium propositionum multitudo propter uariationem complexionum et aliorum ad sanitatem vel infirmitatem concurrentium quod illa est nobis infinita et ab humana arte impossibilis apprehendi Tales ergo dicuntur de quibus artem non habemus Sic etiam est circa humana agibilia multa enim determinata sunt et certificata per libros morales et legales sed multa restant indeterminata et incertificata Dicam ergo quod rhetorica quantum ad quaestiones in rhetorica doctrinaliter certificatas est de quibus artem habemus scilicet ipsammet rhetoricam sed quantum ad conclusiones ex argumentis rhetoricis persuasibiles rhetorica est de quibus artem non habemus ille enim per artem non sunt certificate, quia tunc ad eas non indigeremus persuasione vel si de illis aliqui habent artem tamen illi non habent quibus facienda est persuasio

#<I.17> E 153va-153vb; L 338v; Lü 280rab <ad Rhet Arist {}>; AL>

Sequitur quaestio 17 utrum argumenta rhetorica sint semper ex contingentibus aliter habere vel aliquando ex necessariis Quod aliquando ex necessariis, quia[...]

Oppositum, quia conclusiones omnes de quibus[...]

Dicendum supposito quod conclusiones sint contingentes quod ut apparet primo Ethicorum licet contingens non concludatur ex omnibus necessariis tamen concludi potest ex una contingente et altera necessario ideo si conclusiones rhetoricorum argumentorum sint contingentes hoc non prohibet aliquod principiorum esse necessarium Sed ad uidendum quo modo hoc sit possibile sciendum quod[...]Dico etiam quod signum aliquando simpliciter contingens potest esse necessarium necessitate consequentie (?)[...]

Solve rationes.

#<I.18> E 153vb-154vb; L339r; Lü 280rb-281ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum rhetorica habeat considerare omnem argumentationem rhetoricam.

Videtur quod sic, quia[...]

¹⁹ John Buridan, Qu.EN 6.16 (Minerva f.131rb-132va): Utrum prudentia sit circa singularia.

Oppositum, quia Aristoteles dicit maximam esse differentiam enthimematum rhetoricorum eo quod aliqua sunt secundum rhetoricam et illa considerat rhetorica alia autem sunt secundum alias artes et illa non considerat rhetorica alia sunt ex propriis unicuique artium vel scientiarum et illa non considerat rhetorica Hic est primo uidendum de illa differentia quam dicit Aristoteles esse maximam[...] Ideo secundum opinionem solemnium expositorum dicendum est quod Aristoteles intendit ibi differentiam assignare non inter syllogismos dialecticos et demonstratiuos inter diuersos dialecticos syllogismos prout omnis syllogismus (?) non ex necessariis et propriis sed ex probabilibus procedens dicitur dialecticus[...] Hoc viso de illa differentia considerandum est secundo an enthimemata rhetorica inueniantur dicto modo esse secundum scientias speciales morales solum vel etiam aliquando secundum speculatiuas Ad quod dicendum quod proprie enthimemata rhetorica vel etiam persuasiones rhetorice non habent locum in speculatiuis[...]

Concedendum est tamen quod aliqui non habentes forte sufficientem efficaciam demonstrationum usi sunt in speculatiuis rhetoricis persuasionibus ut traherent iuvenes ad credendum suis opinionibus. Sic Galienus inter ceteros maxime usus est eis in medicina sua sicut dicit Alpharabius in commento super illum librum. Et vide, si vis, uerba Alpharabii quae sunt hec: Orationes possibiles (?) et morales non pertinent in aliquo (!) scientiis errare enim faciunt et tu inuenies omnes illa in libris Galieni uigorat enim et confirmat suas errores per hominationes (?) et reuerentias exhibitas sibi ab hominibus et propter experientiam sue equitatis et iustitiae deinde per iactantiam sui et de pressionem aliorum medicorum et sunt quaedam uerba Galieni exempli gratia talia ego quidem (?) non loquor per hoc nisi ad cuius non est cor ta per opiniones falsas et deceptiones sophistarum et ipse quidem sermo meus non est nisi ad eum expbus, quia suffultus est aiutorio (?) diuino et deus excelsus stabiliuit intellectum ipsius et dixit conatum studii sui[...] Dico ulterius[...] Dico ulterius[...]

#<I.19> E 154vb-155vb; L 341r; Lü 281ra-282ra <ad Rhet Arist {}; AL>

Quaeritur 19 utrum species rhetorice sunt tres et non plures scilicet deliberatiuum disceptatiuum et exclamatiuum Quod sint pauciores, quia scientia vel ars diuidenda est ad diuisionem subiecti[...]

Item, in negotio disceptatiuo maxime consiliatur non ergo distinguitur a deliberatiuo

Item, cape alias rationes in libro meo.

Oppositum[...]

Credo quod solum genus proprium rhetorice non sit argumentatio rhetorica sed oratio persuasiua ratione qua est persuasiua[...] Tullius distinguit genera causarum honestum humile admirabile anceps et obscurum[...] disceptatiuum negotium

[NB in the bottom mg 155r: Considera ad quod genus pertine[n]t instigare incitare concitare obscure dicta interpretari uariare desicari (?) gratias agere confirmare parcipere hortari.

[155vb: vide differentiam aliarum trium specierum vel generum a speciebus propositionum et locorum in libro meo.

#<I.20> E 155vb; L 342v; Lü 282ra <ad Rhet Arist 1359b18-20; AL 172.24-2620>

Utrum quinque sint principalia de quibus consiliatur.

Vide in libro meo.

#<I.21> E 155vb-156ra; L 342v; Lü 282ra <ad Rhet Arist {}; AL>

20 Rhet Arist 1359b18-20; AL 172.24-26: Fere enim de quibus consiliatur omnes et circa que pronuntiant deliberantes, maxime quinque numero existunt entia;

Utrum magis bellandum sit contra debiliores quam contra fortiores
Arguitur quod magis contra fortiores[...]

Oppositum Aristoteles.

Dicendum absque dubio quod statuendo sibi finem uictoriam bellandum est contra debiliores[...], quia principes et uices ad bonum commune ad custodiendum sunt obligati[...]. Sed iterum neque defensio in illo casu in quo per nos possemus emere nobis pacem ubi uero non possemus hoc esset uirtutis fortitudinis (?) maximus actus bellare esset enim bellandum etiam imminente morte corporali cuius rationes ponuntur a strenuis uiris, sicut in libro meo.

#<I.22> E 156ra-156rb; L 342v; Lü 282rab <ad Rhet Arist 1360a25; AL 174.6-821>

Quaeritur consequenter 22 utrum omnes ciuitates praeter optimam intense et remisse corrumpantur.

Videtur quod aristocratia minus potest corrumpi quam regnum, quia plurae principantes ad plura possunt intendere quam unus solus.

Alias rationes cape in libro. Distingue ciuitates et ostende de qualibet, sicut tu vis, et quid est boni in libro uide illud. Ista tres quaestiones in eadem lectione factae fuerunt.

#<I.22bis> E; L <ad Rhet Arist 1360b1; AL 174.20->

Ex quibus 22. Utrum felicitas et partes felicitates sint fines consiliorum.

Quod non, quia prius dixit[...]

Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod prudentia et uirtutes morales non sistunt in scire sed ulterius ordinantur ad opus quod ad hoc quod ultimum finem peruenimus requiritur processus quidam intellectualis qui incipit (?) a fine siue qui est huius ut intentione (?) et terminatur ad inueniendum ea quae conferunt ad finem[...]. Est ergo felicitas finis terminans processum operatum conferens aut est finis terminans processum ratiocinatorium quae uocatur consilium et ita est concordia

#<I.23> E 156rb; L; Lü 282rb <ad Rhet Arist {}> AL>

Utrum nobilitas amici diuitie et alia quae enumerat Aristoteles sint partes felicitatis.

Quod non, quia Seneca Tullius et omnes morales dicunt felicitatem non esse subiectam fortunae. Haec autem omnia vel plurima sunt subiecta fortunae ergo non pertinent ad integritatem felicitatis

Oppositum Aristoteles.

Felicitas uno modo capitur pro simplici summo bono quod homo potest sibi acquirere. Non loquor de felicitate Christiana sed secundum Aristotelem de felicitate huius uitae et hoc est optimum opus supreme potentie humane secundum optimam uirtutem ut habetur 10 Ethicorum et huius partes non sunt amici diuitie et cetera talia. Alio modo capitur pro congregatione omnium bonorum ad perfectissimam uitam ducendam requisitorum prout felicitas a Boethio describitur esse status omnium bonorum congregatione perfectus

Iterum felicitas speculatiua forte sic accepta pro congregatione omnium ad perfectissime contemplandum non requireret omnia talia sed felicitas practica siue politica requireret ea. Talem autem noscunt et concedunt uulgares ad quos est illa scientia et eius effectus

21 Rhet Arist 1360a25; AL 174.6-8: Dico autem a propriis corrumpi quia excepta optima ciuitate alie omnes et remisse et intense corrumpuntur

22 Rhet Arist 1360b1; AL 174.20

#<I.24> E 156rb-157ra; L 343v; Lü 289vb-290va <ad Rhet Arist {}>; AL>

24 Utrum virtus mulieris sit temperantia E 156va et amor operositatis

Arguitur quod non magis temperantia quam aliae morales uirtutes quoniam illud omne spectat ad mulierem per quod ipsa perficitur et opus eius bonum redditur et peccata euitantur sed haec omnia facit quelibet virtus moralis circa suam materiam siue in uiris siue in mulieribus ergo omnes spectant ad uiros et ad mulieres

Item, quanto persona magis inclinata est ad uitium circa aliquam materiam tanto magis indiget uirtute circa illam materiam sed mulier magis est inclinata ad timiditatem circa terribilia propter complexionis frigiditatem et fragilitatem ergo magis expedit sibi virtus fortitudinis quam uiris Idem arguitur de amore operositatis quod non sit virtus mulieris, quia amor est passio quaedam ut apparet 2 huius et 2 Ethicorum non est ergo virtus

Item, mulier ordinata est ad concipiendum et conceptum saluandum ad hoc autem indiget <quiete//otio> propter mulieris et conceptus debilitatem forte enim propter laborem potest facere abortum

Oppositum Aristoteles.

Concedendum est mulierem debere omnem moralem uirtutem secundum quod eius natura exigit participare sed magis et perfectius inter cetera debet participare uirtute temperantie. Dicitur enim primo Politicae: Uirtutes morales existimandum oportere quidem participare omnes sed non eodem modo sed quantum unicuique ad sui ipsius opus Non decet enim mulierem actus iudiciales exercere propter defectum prudentie Licet enim mulier aliquid habere debeat de uirtute consiliatiua tamen inualidam propter complexionis deminutionem habet illam, ut dicitur primo Politicae. Adhuc ad eam minus spectant actus principales fortitudinis qui sunt scilicet circa terribilia in periculis bellicis timida enim est naturaliter propter frigiditatem et impotens actus bellice sustinere propter debilitatem Parum etiam spectat ad eam liberalitatis actus propter hoc quod ipsa sub uiro existens +quod a uiro (?) +5 magis habet custodire bona mariti quam ea sine mariti licentia alienare Et pari ratione non spectat ad eam principaliter actus magnificentie mulier tamen sic tenetur participare liberalitatem et magnificentiam quod de donis liberalibus magnificis mariti gaudeat et cooperetur Magnanimite autem cuius est illud quod est magnum secundum unamquamque uirtutem, ut dicitur 4 Ethicorum. patet quod non potest mulieri proprie conuenire cum iam ab ea remotum sit illud quod est magnum circa praedictas uirtutes Mansuetudo uero temperatiuum (?) est uindictae ad quam natura inclinatur et ne male prorumpat in uindictam uindictam autem non debet neque potest mulier exercere propter quod nec proprie mansuetudo spectat ad mulierem Tamen certe multum multum expedit magnas mulieres non esse iracunde <non> modo ne uindictent sed ne moveant uirum ad exercendum uindictam De alii autem tribus uirtutibus quas dicit Aristoteles esse circa sermonum et operum communicationem potest etiam dici quod non spectant ad eam principaliter propter hoc quod in communicationibus dicitur primo Politicae pertinere ad mulieres silentium Debent enim esse simplices sine motu lingue aut membrorum nisi raro quando fuerit necessarium uidelicet aliis eam alloquentibus aut maritis Maxime autem ad mulierem spectat temperantia.

Primo, quia multum ualet ad bene concipiendum et conceptum saluandum et omnino bene se habendum.

Secundo, quia mulier debet esse delectabilis uiro ne maritum de suis negotiis uenientem et uexatum oporteat aliter et in aliis querere delectationes extraneas eo quod oportet interdum miscere gaudia curis Non enim possumus semper laborare sed interdum indigemus recreatione ut apparet quinto Ethicorum Maritus enim procurat mulieri necessitates sue mulier autem seruit ei ad delectationes propter quod primo Politicorum dictum est ad mulierem pertinere ornatum hoc enim non est nisi quod ipsa marito sit reior et delectabilior Constat autem quod intemperantia causa est immunditiae et abominationis Quomodo enim

esset ebriosa delectabilis? Et adhuc minus adultera non est dubium Dictum ostendo quod eam deceat amor operositatis non quidem sola passio amoris sed habitus inclinans ad operositatem ad quem consequitur amor operositatis Hoc probatur primo quia otiositas inclinatur ad intemperantiam operositas autem ad contrarium propter hoc quod anima occupata circa unum rethahitur a consideratione alterius iuxta hoc poete Otia si tollis periere Cupidinis artes et iterum poeta Quaeritur Egisthus quare sit factus adulter In promptu causa est desidiosus erat Et iterum ad bonam foetus nutritionem et unde (?) dispositionis corporalis obseruantiam expedit etiam praegnantibus aliquod exercitium Unde 7 Politicorum Oportet praegnantem curare de corporibus non desidia torpentes Sed Aristoteles addit huiusmodi operositatem mulieris debere esse sine severitate (?) debet enim <esse> leuis operositas non dura aut grauis cum propter debilitatem complexionis tum propter ne conceptui noceat aut partui Debet etiam pulchra honesta et delectabilis propter hoc ut mulier sicut dictum est debet sic se uiro delectabilem exhibere nec aliquo modo debet esse seruilis aut immunda, quia uxor tamquam uiri socia est ut dicit Aristoteles in Oeconomica propter quod uxor ualde distat a seruo Distare ergo debent eius opera a seruilibus et immundis

#<I.25> E 157ra-157va; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 25 utrum diuitem esse magis consistat in usu E 157rb diuitiarum quam in possessione.

Quod non. Cape rationes in libro.

Item,[...]

Item,[...]

Oppositum Aristoteles.

Nota: per diuitias intendimus exteriora bona[...]miseria et paupertas. Istaes quaestiones factae fuerunt simul in eadem lectione.

#<I.26> E 157va; L; Lü 290va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 26 utrum honorantur iuste quidem maxime qui beneficia praestiterunt, et utrum etiam honorari debeat qui potest beneficiari.

Quantum ad primum, vide totum in libro.

Quantum ad secundum arguitur quod non, quia puer etiam nondum bonus neque dives habet potentiam ut dives et bonus, et sic habet potentiam ad beneficiendum.

Solutio. Intendit de potentia propinqua, quae non est nisi per virtutem liberalitatis, et ita reddit idem quod prius.

#<I.27> E 157va; L; Lü 290va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum pulchritudo iuuenis sit habere corpus utile ad labores cursivos et violentiam delectabilem videri. Vide librum, et in hac quaestione in expositione litterae in margine.

#<I.28> E 157va-158ra; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum robur sit pars felicitatis, id est utrum exigitur ad perfectissimum et decoratissimum statum quem homo potest habere in politia.

Quod non, quia pars[...]primo Politicae. vult (?) quidem igitur natura et corpora diuina facere quae liberorum et seruorum[...]ad ciuilem uitam

Item, ad felicitatem politicam[...]secundo de anima molles carne apti mente duri uero inepti

Item,[...]primo Politicae[...]

Oppositum, quia Aristoteles inter partes felicitatis enumerat uirtutes corporis quarum unam esse dicit robur

Item,[...]

Item,[...]

Sciendum est quod robur quod est[...]Aliquando autem calore existente forte (!)[...]excessibilis et fit tunc corpus breue (?) et grossum[...].

Rationes procedunt viis suis.

#<l.29> E 158ra; L; Lü 290va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 29 utrum virtus magnitudinis sit excedere multos secundum longitudinem, latitudinem et profunditatem, ita tamen quod non fiant tardiores motus propter excessum. Vide in libro.

#<l.30> E 158ra; L; Lü 290va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum possibile sit multos habere amicos.

Et huius perfecta consideratio pertinet ad 4 Ethicorum.

Tamen quantum ad praesens spectat, vide in libro.

Sed videtur quod hic Aristoteles loquitur de perfecta amicitia, scilicet de ea quae est propter honestum, quia sic describit amicum cum dicat amicum esse qui eorum quae putat bona esse amico operatiuus e<s>t propter illum.

Concedendum est quod hic loquitur de amicitia perfecta secundum speciem, id est perfecte speciei prout scilicet amicitia propter honestum distinguatur contra amicitiam propter utile et delectabile sicut diceremus omnem hominem esse animal perfectum in ordine ad alias species animalium. Sed non loquitur hic de amicitia perfecta in sua specie scilicet comparando eam ad amicitias sue speciei, quia talis non est ad multos.

#<l.31> E 158ra-158rb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

31 Utrum bona fortuna sit pars felicitatis, E 158rb hoc est utrum requiratur ad perfectissimum statum quem homo potest habere in politia.

Quod non, quia nihil arguens deminutionem intellectus expedit ad optimum statum polities sed in De Bona Fortuna dicit Aristoteles ubi plurimus intellectus et ratio ibi minima fortune ubi autem plurima fortuna ibi minimus intellectus

Item, arguitur quod expedientior ad felicitatem sit adversa fortuna quam bona in 16a quaestione primi libri Ethicorum²³ ab illo paragrapho 'Immo videtur velle Seneca²⁴' usque ad paragraphum 'igitur asserere<re> possum²⁵'.

Oppositum, quia Aristoteles ponit bonam fortunam esse partem felicitatis et in De Bona Fortuna dicit quod sine bonis exterioribus quorum fortuna est domina non contingit felicitatem esse Idem etiam habetur primo 7 et 10 Ethicorum

²³ John Buridan, Qu.EN 1.16 (Minerva f.15rb): Utrum ad felicitatem requirant usus virtutis et delectatio et bonorum exteriorum habundantia et bona corporis dispositio.

²⁴ John Buridan, Qu.EN 1.16 (Minerva f.15rb) versus finem: 'Immo etiam videtur velle Seneca quod expedientior ad felicitatem sit adversa fortuna quam prospera'

²⁵ John Buridan, Qu.EN 1.16 (Minerva f.15vb) media fere columna: 'Ergo hic asserere possum'

Item, ipsa exigitur ad bonam senectutem ut dicit Aristoteles quam iterum dicit exigi ad felicitatem.

Quidam dicunt eam non <exigi> ad optimum et perfectissimum statum politione secundum uulgi opinionem et ita loquitur hic Aristoteles eo quod persuasiones maxime locum habent ad uulgares

Puto tamen quod bona fortune requiruntur ad optimum statum in politione Quod enim prudentissimus uirtuosissimus et optimus politicus plus eligeret<ur> quam suum contrarium hoc est simpliciter dicendum melius suo contrario sed bona fortune si essent in sua potestate plus eligeret et bonam fortunam quam opposita quod patet per Senecam uide in 16a quaestione primi libri Ethicorum ab illo paragrapho 'Que autem fortuna²⁶' usque ad paragraphum 'Tunc igitur respondendum²⁷', et in eadem uide solutiones rationum. Et si perfectissima uirtus et prudentia in nobis <non> sine operationibus, de quo uide cum praedictis 6am quaestionem 2i libri Ethicorum²⁸, cum uirtute perfecta generata status fit excellentior et melior cum bona fortuna.

Sequitur Quoniam autem proponitur²⁹

#<I.32> E 158va-159va; L; Lü 290va-291va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum in negotio deliberatio debeant sumi propositiones ad ostendendum bonum simpliciter.

Quod non, quia[...]

Oppositum Aristoteles.

Et quia uolunt aliqui dicere quod loci consiliatiui non sunt ad ostendendum bonum nisi ut saluatur in con[...], arguitur quod immo, quia[...], Prius distinguendum est de bono simpliciter[...], bonorum sed secundum speciem conuenientem soli honesto bono.

Secundo sciendum est quod semper in consilio statuendus est aliquis finis et aliquando ultimatus et aliquando non ultimatus sed in alium ulteriorem finem ordinatus[...]

Tertio sciendum est quod omnes communiter eundem sibi finem statuunt ultimum quantum ad eius communem rationem quid nominis dicentem[...]

Quarto sciendum est quod non omnes eundem sibi statuunt ultimum finem secundum rationem specialem et quiditatem[...]

Quinto sciendum quod ad artem consiliatiuam prout ipsa est una pars rhetorice non spectat disiuncte (!) et determinate cognoscere quis istorum bene statuatur sibi finem et quis male uidelicet in quo praedictorum uera felicitas consistat hoc enim pertinet ad alias scientias speciales sed spectat ad rhetoricam dare communem modum consulendi et sumere propositiones communes ad consulendum quemcumque dictionum finium vel aliorum aliquis sibi statuit Considerare enim quomodo poterimus nobis acquirere sanitatem pertinet ad medicinam quomodo pecunias ad oeconomicam quomodo mundanos honores et excellentias ad politicam quomodo uirtutes et prudentiam ad Ethicam quomodo speculatiuas scientias ad unamquamque earum quomodo delectationes sensuales non oportet forte dare artem omnes de hoc satis sciunt vel nimis (?) si non deficeret eis aliqua pecunia vel si non timerent uim parium[...], quod movebit appetitum De iudiciali autem apparet quod non habet ostendere bonum communiter, quia iustum et iniustum sunt circa specialiore malum (!) quam alia negotia

#<I.33> E 159va; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

26 John Buridan, Qu. EN 1.16 (Minerva f.16ra) versus finem: 'Que autem fortuna eligibilior ipsi felici puto quod bona'

27 locum non inventum

28 John Buridan, Qu. EN 2.6 (Minerva f.26rb): Sexto quaeritur utrum absque operationibus exterioribus possit in nobis uirtus generari.

29 Rhet Arist {}>; AL 179.10

Utrum sanitas sit factiua delectationis et ipsius uiuere.

Quod non, quia est posterior ipso uiuere cum uiuere uiuentibus sit esse[...]

Oppositum Aristoteles.

Ista quaestio tractatur hic non, quia moralis, sed ne dubitetur hoc in dicto Aristoteles dici potest quod uiuere uno modo capitur pro actu primo et sic est idem quod ipsa anima vel pro actu secundo et sic est diem quod operatio animae[...] quantum ad nostram intellectiuam etc

#<I.34> E 160ra; L 349r

Utrum illud quod est contrarium malo sit bonum.

Arguitur quod non, quia prodigalitas mala existens est contraria illibertati etiam male existenti.

Oppositum Aristoteles.

Quidam dicunt propositionem esse probabilem, quia uera ut in pluribus sed non esse similiter demonstratiua<m>. Haec autem responsio scibilis>cuurrilis (?) est, quia non dearticulat in quibus habeat veritatem et in quibus non et sic nihil plus apparet de eius probabilitate quam de probabilitate sue contrarie. Alii logici solventes dicunt quod omne illud est bonum cuius contrarium est malum si sit malum in quantum est sibi contrarium Si non non oportet Illiberalitas autem non est mala secundum quod est contraria prodigalitati, quia tunc omne contrarium prodigalitati erat malum quod est falsum, quia liberalitas ei contrariatur. Alii autem sophistic>sophiste replicant contra illos sic quod est malum secundum suam sententiam est malum secundum omnem rationem (et omnem) possibilem sibi attribui accidentale <enim> non tollit essenziale Illiberalitas autem est mala secundum suam substantiam ergo ipsa est mala secundum quod contrariatur prodigalitati quod est contra dictum istorum.

Solutio. E 160rb Videtur quod quacumque ratione attributa illiberaliti illiberalitas manet mala. Sed tamen ista propositio non est uera: illiberalitas est mala secundum quod contrariatur prodigalitati, et hoc habet videri in Logica, capitulo de propositionibus reduplicativis³⁰. Sed magis ad rem quaestio soluitur sic quod illud> aliquid potest dici contrarium malo uno modo secundum rationem communem malitie quae est esse dissonum recte rationi et sic contrarium sibi est consonum recta rationi Et tale semper oportet esse bonum alio modo secundum rationem aliquam specialem malitie Hae autem rationes speciales sunt duae primae et communissime scilicet dissonare recti rationi propter ab ea deficere et dissonare propter eam excedere Modo non oportet omne quod contrariatur malo ratione qua deficit a recta>ista ratione quod si ipsum sit bonum, quia excedere sic>sit et hoc dicebat argumentum.

Quaeritur consequenter 35

#<I.35> E 160rb-160vb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur consequenter 35 utrum contrarium eius in quo inimici ciuitatis gaudent sit bonum ciuibus

Quod non, quia[...]

Item,[...]

Oppositum Aristoteles.

Solutio: consideratio debet intelligi quod non relatiuum ita in quo sit relatiuum identitatis naturalis[...]Sed sciendum est adhuc[...]

Credo quod hoc est difficile determinare perfecte propter diuersitatem bonorum et malorum humanorum et diuersitatem circumstantiarum ciuitatum et inimicorum Potest tamen dici generaliter et grosse quod aliquid expedire ciuibus aut inimicis eorum potest dupliciter intelligi[...]Dicas omnibus omissis quod ad finem uictorie bona naturaliter communia partibus sic quod non est in potestate alicuius partium appropriare ea sibi possunt esse utrisque expetenda ut sol corpora celestia sana eris (?) dispositio Uoco

³⁰ et hoc habet videri in Logica, capitulo de propositionibus reduplicativis] logica buridani sive ? locum non inveni

autem bona in proposito quecumque sunt augmentatiua potentie bellice. Haec enim omnia dicuntur bona ad dictum finem Econuerso etiam omnia mala naturaliter communia partibus sic quod non est in potestate unius partis repellere a se quin etiam illud repellat ab alia parte ut epi a eris cadauera mortua inter partes talia possunt utrisque nocere sed quecumque bona vel mala propria vel appropriabilia sic quod in potestate alterius partis est illa sibi appropriare et illa a se repellere si sint mala absque hoc quod ab inimicis repellantur In hiis omnibus consideration tenet Dici (?)>De (?) expedire autem simpliciter si utrique essent boni deberent (?) uelle utrique omnia bona inesse pacem enim haberent immo boni non bellarent (?) ad inuicem, quia boni non essent iniuriosi nec bellarent contra iniuriosos si uterque>utrique essent mali tunc deberet/dicerem (?) utrisque uelle bona uirtutis inesse sed ipsis manentibus malis deceret/dicerem (?) ad inuicem uelle deminutiones (?) bonorum corporalium et temporalium, quia sic opera opera malitiarum essent minora si una pars esse bona e alia mala tunc esset uolendum bonis quod dictum est et malis quod dictum est. Ordina et fac argumenta in principio quaestionis <secundum> exigentiam distinctionum positarum.

#<I.36> E 161ra; L; Lü 293vb-294ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum illud sit bonum, cuius gratia multa laborata sunt et multa expensa.
Vide in libro, et reseca solutiones ineptas si sint.

#<I.37> E 161ra; L; Lü 293vb-294ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum illud sit bonum quod prauis et inimici laudant.

De prauis: quod non, vide in libro.

De inimicis: quod non, quia laudant illud in quo gaudent hoc autem non est bonum ciuibus sed eius contrarium ut prius dicebatur.

Solutionem de prauis, vide in libro.

De inimicis dicendum est, quod de hiis quae laudant in se ipsis non oportet loqui. Hoc enim non faciunt in quantum inimici sed loquimur de hiis quae laudant in suis inimicis sic autem possunt aliquid laudare dupliciter uno modo tamquam sibi bonum et hoc est malum simpliciter alio modo tamquam bonum simpliciter et hoc est euidenter bonum sic quod amici uituperant in amicis est euidenter malum

#<I.38> E 161ra-161rb; L; Lü 293vb-294ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum aliquod debeat dici bonum extra quod non est proprium videtur quod non, quia[...]

Oppositum Aristoteles.

Solutio: quaedam sunt bona sic naturaliter[...]sed forte non oportet talia esse simpliciter meliora

#<I.39> E 161rb; L; Lü 293vb-294ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum superflua sint bona. Vide in libro.
Sequitur Quoniam autem sepe³¹

#<I.40> E 161rb; L; Lü 293vb-294ra <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum uniuersaliter bona plura sunt meliora uno dum tamen illud unum sit inter illa plura connumeratum.
Vide in libro.

³¹ Rhet Arist 1363b5; AL 182.19

Sed dic primo quod oportet illam clausulam appositam apponere quoniam una virtus moralis est melior omnibus bonis exterioribus simul acceptis.

#<I.41> E 161rb-162ra; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum illa regula sit bona si maximum unius generis est melius maximo alterius generis oportet totum illud genus esse maius toto altero genere

Arguitur quod non in exemplo Aristoteles[...]Forte respondetur quod non debet concludi secundum opinionem cuiuslibet[...]quia maxima faba maximo grano fest maior cum omnes fabe simul non sunt maiores omnibus granis simul[...]

Item,[...]

Oppositum Aristoteles hic <et> in libro Topicorum

Quidam dicunt illam regulam non esse intelligendam in analogis generibus cuiusmodi sunt perpetuum et corruptibile actus et potentia vel actuum et passuum[...]sed eam dicunt debere intelligi in respectu praedictorum per se Et econverso (?) (?) bene quod in speciebus specialissimis respectu praedicatorum (?) essentialium vel[...]Sed illa solutio non esset ad intentionem Aristoteles[...]Sed nec isti dicunt ad intentionem Aristoteles[...]Alii dicunt considerationem illam nullam habere necessitatem sed esse solum probabilem ideo concedunt[...]

#<I.42> E 162ra-162rb; L 352rv <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum quod potest esse sine altero et non econverso sit melius.

Quod non, quia <quod> potest esse sine altero et non econverso est consequens ad ipsum et illud aliud est antecedens Sed alia consideratio fuit quod antecedens est melius Cuius ratio assignabatur, quia consequens includitur in antecedente Et ita antecedens continet consequens et plus Et hoc dicebat Aristoteles sic: 'et quando hoc quidem sequitur ad hoc, illud autem ad hoc non, inexistit enim usus eius quod sequitur in eo qui alterius'32.

Item, unum potest esse sine duobus et non econverso Unum tamen non est melius duobus, quia dictum fuit <quod> plura esse meliora uno connumerato in illis pluribus

Item, virtus potest esse sine felicitate et non econverso Virtus tamen non est melior felicitate

Oppositum Aristoteles dicit

Et probatur, quia tale est magis per se sufficiens et minus indigens ex quo non indiget alio in sui esse. Vide in libro duplicem solutionem.

<Prima solutio> quod potest esse bonum sine altero idest quod ex se et non ex altero est bonum et perfectum etc Alia solutio quod potest esse sine altero idest quod est prius naturaliter altero et habet veritatem secundum agens de prioritate et secundum finem modo quo dicitur et in alia quaestione Sed tunc E 162rb est dubium de alia consideratione quae contra illam obiectam (?) fuit scilicet quod antecedens est melius consequente quia sequitur Socrates est igitur deus est et non econverso

Solutio: si sit consequentia a priori naturaliter consideratio habet veritatem in causis principaliter efficientibus et finalibus sed non econverso Finis enim et efficiens includunt uirtualiter effectum et secundum eius entitatem et secundum eius bonitatem et non econverso In consequentia etiam a toto integrali ad partem, quia totum includit partem

Consideratio<nem> tene (?)

Sequitur quaestio 43

32 Rhet Arist 1363b25; AL 183.9-12: Et quando hoc quidem sequitur ad hoc, illud autem et hoc non; sequatur autem aut simul aut consequenter aut potentia; inexistit enim usus eius quod sequitur in eo qui alterius.

#<I.43> E 162rb-162va; L 352v-353r; Lü 296ra <ad Rhet Arist 1364a10; AL 183.2933>

Utrum principium sit melius principiato et causa causato

Quod non. Materia enim et forma sunt principia compositorum naturalium quae (?) non sunt meliores eo

Item, finis est causa efficientis et efficiens principium effectuum finis et ita idem respectu eiusdem esset magis bonum et minus bonum

Solutio: principia et causa communiter accepta sunt tamquam sinonima quae dicuntur de singulis <4 Topicorum> Materiam autem non oportet esse meliorem effectu suo sed forma bene cum forma sit causa Modo formam <tamen> accidentalem non oportet esse meliorem effectu suo Sed Aristoteles hic ut puto loquitur magis proprie de causa et de principio cum dicat finem non esse principium Principium enim propriissime dicitur de efficiente causa uero de fine Duplex autem est finis 2 Caeli scilicet prima intentione et ille est melior et principalior ordinatis ad finem, quia et uentitans (?) et dirigens et uirtualiter continens omnium aliorum bonitatem in tantum quod mihi (?) sit bonum quod dissonat ei sic et omne consonans ei bonum Alius dicitur finis secunda intentione et est effectus productus ab agente et dirigit et uentitat agens inesse suo et in suis per se dispositionibus et hoc non est nobilius E 162v et neque melius nisi forte aliquibus quorum est finis prima intentione. Vide hoc alibi.

Agens est principale producens instrumentale seu dispositiuum principale est nobilius, quia continet uirtualiter effectum et quia nihil potest plus dare quam habeat vel saltem est eque nobile si dicamus quod simile agit suum simile principaliter ut ignis ignem

#<I.44> E 162va-162vb; L; Lü 296rb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum malum dare consilium sit peius quam secundum illud consilium male agere.

Quod sic. Cape 5 Ethicorum et 24 quaestione³⁴ omnes rationes in pro et ultimam rationem in contra.

In oppositum arguitur, cape i<bi>dem illam rationem: 'Item, rationibus quas' et rationem sequentem, et applica totum bene. Ad quod si agens statuat sibi finem malum ad quem optinendum petat consilium ipse omnino peius facit[...] aliis cum non possit in omnibus personaliter interesse etc

#<I.45> E 162vb; L; Lü 296rb-va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum rarius sit melius.

Quod sic, [...]

Item, [...]

Oppositum

Primo Ethicorum bonum quanto communius tanto diuinius[...]

Item, rarius est cum inuidia communius autem sine inuidia ut dicit Aristoteles melius autem est esse sine inuidia

Item, [...]

Dicendum est quod bona animae quanto essent communiora scilicet a pluribus habita tanto essent meliora et simpliciter etiam unicuique. De illis igitur non loquitur consideratio, sed de bonis nummismate

33 Rhet Arist 1364a10; AL 183.29-184.4: Et si sit principium, hoc autem non principium, et si sit causa, hoc autem non causa, propter idem; sine causa enim et principio impossibile esse aut fieri. Et in duobus principiis quod a maiori principio maius, et in duabus causis quod a maiori causa maius. Et e converso autem duorum principiorum quod maioris principium maius.

34 John Buridan, Qu. EN 5.24 (Minerva f.111va): Utrum iudex corruptus ferens iniustam sententiam pro parte corruptente grauius delinquit quam pars corruptens.

appreciabilibus sicut blada, vina, aurum, ferrum, lapides pretiosi, et talia de quibus quomodo sit dicendum, vide <in> libro.

Pro solutione argumenti, quod loquitur de inuidia, vide etiam unam quaestionem in libro, et applica bene.

#<I.46> E 162vb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur 46 utrum delectationem omnia prosequuntur et gratia ipsius delectari appetunt. De isto spectat ad 7 Ethicorum et 10, vide ibi.

#<I.47> E 162vb-163ra; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum melius sit iniuriam pati quam iniuriam facere.

Quod non, quia agens nobilius est et praestantius passo

Item,[...]

Oppositum Aristoteles.

Et quia unum est peccatum alterum non et pessimi possunt iniuriam facere +illi+ autem boni sed <boni> possunt iniuriam pati. Vide in libro. Sed vide de auctoritate Tullii, quia Christus (?) potuit propulsare etc sed forte in quantum homo praescire non potuit et in quantum deus non tenebatur - vide etiam quod si tibi detur alpha tendere debes aliam genam vide ultimam quaestionem 5 Ethicorum³⁵.

#<I.48> E 163ra; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur consequenter utrum diuturniora sint meliora.

Quod non, quia sic lapides essent meliores pane et uino et uirtutes operibus uirtutum et per consequens ipsa felicitate

Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod sic ceteris paribus sed oppugnantibus aliis rationibus +bonitatis non opera+

#<I.49> E 163ra-163rb; L; Lü 296va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum quod plures eligunt sit melius eo quod pauciores

Quod non[...]

Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod non uniuersaliter pauciores erunt prudentes et alii non ut multi uulgares sed ubi (?) essent isti et illi prudentes uerisimile esset quod plures melius iudicarent male ideo (?) concordarent et sic nulla esset quaestio et nullum esset dictum Aristoteles

Solutio: prudentes (?) large dicuntur qui sunt bene uolentes vel melius dicendum quod[...]maiori parti Immo prudens (?) homo (?) debet propriam operationem dimittere in casu praeter (?) in contrarium indi[...]m plurium. Vide 5 7 Ethicorum, ut credo.

#<I.50> E 163rb; L; Lü 296va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum diuisa in partes maiora videantur.

Vide in libro. Forte non oportet opinionem Aegidii improbare, sed ei aliam addere.

#<I.51> E 163rb; L; Lü 296va <ad Rhet Arist {}>; AL>

³⁵ John Buridan, Qu.EN 5.29 (Minerva f.105ra-vb): Utrum iniustum facere sit peius quam iniustum pati.

Utrum quod in fine vitae sit melius.
Vide in libro.

#<I.52> E 163rb; L; Lü 296va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum melius sit bene pati quam bene facere.
Vide in libro36.

Sed considera quoad bona exteriora permutabilia in nobis ad alios vel econtra melius est bene facere quam bene pati, quia amatiui actu uirtutis procedunt et hoc non est dubium quod melius est bene pati et recipere in se actum meritorium uirtutis[...]Sed secundum quam rationem possumus acquirere (?) maiorem nobilitatem puto quod secundum agere[...]sed quomodo est perfectum et deminutum vide, si est aliud agens principale (?) et quod iudicari melius est perfici etc. Vide bene, quia difficile est.

#<I.53> E 163rb; L; Lü 300va <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum eligibilis sit videri iustum esse quam esse et non videri.
Vide in libro37.

#<I.54> E 163rb-163va; L; Lü 300vab <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum melius sit quod ad multa est utilissimum.

Quod non. tunc enim[...]

Oppositum Aristoteles.

Dico quod[...]

#<I.54a> E 163va; L; Lü 300vb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum eligibile sit facere bonum latens.
Vide in libro. Illa quaestio debet praecedere praecedentem.

#<I.55> E 163va; L; Lü 300vb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum bona, quae praesentia non latent sint meliora.
Vide in libro.

#<I.56> E 163va; L; Lü 300vb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Post hoc autem³⁸ utrum bona³⁹ in sola uirtute iustitia contingat inhoneste pati.
Vide⁴⁰ in libro, et adde de fortitudine quod devinci per fortitudinem aliorum est turpe.

36 Utrum melius sit bene pati, etc] reliqua desunt Lü

37 Vide in libro] omitt Lü

38 Post hoc autem] omitt Lü

39 bona] omitt Lü

40 Vide] Vide argumenta Lü

Solutio. Fortitudo numquam uincit habet (?) modum iustitiae vel sustinere fortiter est honestum licet uincatur. Sic sicut in libro nisi quod in ordine ad patientem (?) sunt>sit inhoneste significatiue (?) sed non formaliter cum nullus sit ibi actus uitiosus; non enim est culpa suspendi, sed poena.

#<I.57> E 163va-163vb; L; Lü 300vb <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum honestiora sint opera quae aliorum gratia fiunt quam quae sui gratia.

Quod non, quia[...]

Oppositum Aristoteles.

Ista quaestio determinata est 9 Ethicorum.

Quantum enim ad interiora bona melius est honestius sui gratia agere[...]sed quantum ad exteriora honestius est facere gratia aliorum, quia in agendo pro aliis uirtutem magis nobis acquirimus

#<I.58> E 163vb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum magis honesta sive magis laudabilia sint quae mortuo contingit inesse quam quae uiventi.

Vide in libro.

#<I.59> E 163vb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum uirtutes uirorum sint honestiores et per consequens meliores uirtutibus mulierum.

Vide in libro, et adde quod si sit in uiro et muliere uirtus eiusdem speciei aequae firma et aequae ordinata ipsa esset laudabilior mulieri quanto difficilius est sibi fieri uirtuosam et prudentem. Vide de hoc 15am quaestionem 4 libri Ethicorum⁴¹.

#<I.60> E 163vb-164rb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum ad laudem et uituperium sumenda sint propinqua existentibus ut existentia.

Vide rationes in libro, et ibi uide distinctionem intellectus quaestionis et primum membrum et an bene sermones (?) uide primo de uituperio, sicut ibi habetur. Sed de laude dicas quod refert (?) laudare audientem aut alium Si audientem absit quod de uitio suo laudemus eum neque de operatione uitiosa sed quod ad hunc eius habitum uitioso procedit, quia hoc esset adlatio firmare ipsum in suo uitio Sed de operatione uitio suo contraria[...]sciendum est tamen quod[...]

Quomodo autem excusetur mendacium, uide 4 Ethicorum.

#<I.61> E 164rb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum laus si<t> operum principaliter uel uirtutis.

Vide in libro.

#<II.1> E 164rb-164vb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Circa secundum librum Rethoricae quaeritur primo utrum ad rethoricam pertinet determinare de passionibus.

⁴¹ John Buridan, Qu.EN 4.15 (Minerva f.85ra): Utrum ille mansuetus qui est naturaliter inclinatus ad iracundiam sit melior illo mansueto qui est naturaliter inclinatus ad irascibilitatem.

Arguitur quod non tum, quia hoc pertinet ad naturalem ut patet in prohemio De anima tum, quia pertinet ad librum Ethicorum, ut patet 2 Ethicorum.

Item, de quibusdam passionibus non considerat rethorica puta de gaudio de desiderio de abhominacione de spe et desperatione ergo de nullis, quia non magis videtur ratio quare de aliquibus quin de aliis.

Item, si non pertineat ad ipsum rethorem orationes passionatiue non pertinebunt ad ipsum passiones cum non possint ad ipsum pertinere nisi ratione orationum passionatiuarum sed <quod> ad ipsum non pertinent orationes passionatiue probo per duas rationes Aristotilis primo huius. Prima est, quia leges optimae ordinatae prohibent dicere extra rem recte hoc putantes scilicet quod nihil sit dicendum extra rem et tum orationes passionatiuas dicit Aristotiles extra rem esse 2 ratio ad idem quod non oportet iudicem peruertere simile enim esset sicut si qua uult uti regula faceret eam distortam sed orationes passionatiue non sunt nisi ad iudicem peruertendum scilicet inclinandum ipsum magis ad unam partem quam ad aliam

Oppositum apparet per Aristotilem in hoc 2

Nota quod in hac quaestione non intendimus de passione uniuersaliter prout constituit unum praedicamentum nec de passione prout constituit uniuersaliter 3am speciem qualitatis sed solum intendimus de passionibus appetitus quas Eustratius describit 2 Ethicorum dicens: quod passio est motus appetitiue particule in fantasia boni aut mali Et potest exponi motus id est actus quo appetitus inclinatur ad persequendum quod fuerit sub ratione boni apprehensum vel ad ipsum conseruandum aut quo inclinatur ad fugiendum vel abiciendum vel forte dicit motus non, quia passio sit formaliter motus sed concomitanter hoc enim est proprium sensualibus passionibus prout appetitus sensitiuus distinguitur a uoluntate quod fiant cum quodam uero motu corporeo vel humorum vel spirituum.

2 notanda est distinctio et enumeratio huiusmodi passionum, et hoc cape in margine 2 Ethicorum quinto capitulo.

Hiis uis dicendum est quod diuersas artes vel scientias non est inconueniens considerare de eisdem rebus sub diuersis tamen rationibus ut naturalem et mathematicam de magnitudinibus et figuris 2 Physicorum Passiones autem multipliciter possunt considerari Uno modo in ordine ad suas causas naturales ex quibus naturaliter causantur et sic pertinet ad scientias naturales Alio modo in ordine ad uirtutes et malitias morales in quantum sunt scilicet medi <cabl?>les per uirtutes et generatiue malitiarum et sic pertinet ad scientiam libri Ethicorum Alio modo in ordine ad oratio<nem> passionatiuam qua scilicet possumus <in> auditorem inducere unam passionem et sic oportet <quod > de eis pertineat ad illum ad quem spectat de passionatiuis orationibus sed de huiusmodi orationibus pertinet ad rethoricam, quia licet directe non persuadeant tamen disponunt auditorem ad magis assentiendum vel dissentiendum orationi persuasiue Per hoc quod dicta sunt soluta est prima ratio

Ad 2am potest dici quod delectatio letitia et gaudium et uoluptas pro eadem passione reputatur vel cum (?) consimilibus Proprie utendo nominibus gaudium approprietur uoluntati et bonitas appetitui sensitiuod Delectatio uero et letitia magis sunt ambobus communia ita de dolore et de tristitia nisi quod proprie dolor magis attribuitur sensui et maxime sensui tactui tristitia autem aliis sensibus et specialiter uirtutibus superioribus et maxime uoluntati De delectatione aut tristitia determinatum fuit in primo libro ideo non oportuit in 2

Item, Aristotiles ca<pien?>do large amorem et odium comprehendebat desiderium et concupiscentiam sub amore et fugam vel abhominacionem sub odio, quia vel amor et odium non movent ad ulteriorem actum vel non ad alium quam desiderium et abhominatio

Item, forte non fuisset inconueniens tractasse de eis saepe enim ut aliquis non prosequatur causam suam utimur +desperatis+ ut quod numquam posset ad fine lucis peruenire propter alterius pecunias amicos et cautelas quamuis tamen illa modum non habeat terribilium aliquando econuerso nititur spem

saluare ut prosequatur audentes sibi proprios amicos etc Potest tamen dici quod Aristoteles de hiis seorsum a timore et audacia non determinauit, quia spes multum saluatur in audacia et desperatio in timore

Ad ultimam rationem dicendum est quod considerare orationes passionatiuas pertinet ad rethorem non tamen primo et principaliter sed secundario et quasi incidentaliter sicut probatum est in primo huius et quomodo hoc sit dictum est ibidem in quaestionibus

#<II.2> E 164vb-165vb; L 357r-358v <ad Rhet Arist 1378a9; AL 221.9-1042>

E 165r Utrum prudentes et uirtuosos contingit non optima consulere etiam hoc cognoscentes. E 165ra

Quod non, quia cuius est circa singularia iudicare recte et in omnibus ei uerum appetere eius numquam est consulere nisi optima Sed studiosi est circa singularia iudicare recte et in omnibus ei uerum appetere ut habetur 3 Ethicorum

Item, 4 Ethicorum 'volens autem studiosus numquam operabitur prava'. Consulere autem non optima cognoscentem est operari praua quoniam minus bonum in respectu magis boni habet rationem mali sicut minus malum habet rationem boni et eligibilis in respectu maioris mali Unde dictum est DE DUOBUS MALIS MINUS EST ELIGENDUM

Item, opus proprium prudentie est recte consiliari ut patet 6 Ethicorum Manente autem forma manebit operatio propria ergo prudens semper recte consiliabitur quod est optima consulere

Item, si aliquando non optima consuleret hoc esset propter maliuolentiam ut videtur dicere Aristoteles sed prudens et uirtuosus nulli est maliuolus, quia bonis nequaquam nec prauis, quia dicit Seneca in libello ad Serenum HUNC AFFECTUM ADUERSUS PRAUOS HABET SAPIENS idest uirtuosus et prudens QUEM ADUERSUS EGROS SUOS MEDICUS Non est autem egris suis medicus maliuolusergo nec prudens malis immo intendit eos reuocare (?) si potest

Item, recta ratio dictat bonis optimis consulere cum sint prompti ea operari Recta etiam ratio dictat malis consulere ea quae reuocata (?) sunt eorum a sua malitia. Haec autem illis sunt optima Igitur recta ratio secundum quod prudens semper operatur dictat semper optima consulere

Item, consulere malis contra suam malitiam est optima consulere Consulere autem eis secundum suam malitiam est scelus eorum augere quod numquam faceret uirtuosos Unde Seneca in libro De Beneficiis si potero a sua malitia reuocabo si non potero non aduocabo scelus

Item, omnis petens ab aliis consilium videtur in eo fiduciam habere Tali autem male consulere videtur esse proditio Et iniquitas quam numquam uirtuosus incurrit (?)

Oppositum dicit Aristoteles expresse dicens: 'aut prudentes quidem et epieikei E 165rb sunt sed non benivoli, propter quod contingit non optima consulere haec cognoscentes'43.

Item, per illam regulam Aristotelis si oppositum in opposito et propositum in proposito Propter quod ut dicit si oportet amicis benefacere oportet inimicis male Prudens autem et uirtuosus semper faciet quid oportet

Item, optima consulere alicui est ei bene uelle sed prudens non omnibus bene uult Non etiam bene uult obstinatis (?) in malitia propter quod aliquando morte prouenit ergo eius non est optima consulere, quia Aristoteles uelle videtur quod prudentem contingat esse quibusdam maliuolum et ob eis non optima consulere primo uidendum est qualiter contingat prudentem aliquibus esse maliuolum secundo quomodo contingat ipsum non optima consulere

42 Rhet Arist 1378a9; AL 221.4-10: Sunt autem haec prudentia et virtus et benivolentia; mentiuntur enim de hiis que dicunt et consulunt aut propter omnia hec aut propter horum aliquid; aut enim propter imprudentiam non recte hoc sentiunt, aut sentientes recte propter nequitiam non que sentiunt dicunt, aut prudentes quidem et epieikei sunt sed non benivoli, propter quod contingit non optima consulere hec cognoscentes, et preter hec nichil.

43 Rhet Arist 1378a10; AL 221.8-10

Quantum ad primum dicendum est quod aliquem esse alteri maliuolum est ei uelle mala inesse vel bona non inesse Sed bona et mala tripliciter dicuntur, ut patet 2 Ethicorum. Dicitur enim bonum inhonestum utile et delectabile sic quod bonum honestum est simpliciter et secundum se ipsum Bonum autem utile vel delectabile pro quanto distinguitur ab honesto non est bonum simpliciter et secundum se, quia potest aliquibus esse ualde malum scilicet male utentibus Sanitas enim et fortitudo corporalis et cibi delectati et actus ueneri L 358r et exteriores diuitie ualde augmentant iniustitiam et omnem malitiam in paruīs S A ENIM EST INIUSTITIA HABENS ARMA (primo Politicae).

Dicam ergo similiter quod simpliciter et uere beniuous est alter qui uult ei bona honesta inesse et turpia non inesse et qui uult econtra ipse est simpliciter maliuolus Sed beniuous est secundum quid et secundum uulgarem opinionem qui uult alteri bona et utilia inesse et delectabilia et opposita non inesse Credo ergo prudentem et uirtuosum nulli posse esse maliuolum simpliciter Ipse enim summo odio odit uitia animae quae simpliciter dicuntur turpia et amat summe uirtutes et opera uirtutum propter quod E 165va nulla uellet esse uitia sed undique uirtutes ideo uellet omnibus inesse uirtutes et nullis uitia.

Secundo dico quod possibile est prudentem et uirtuosum esse maliuolum multis scilicet malis maliuolentia secundum quid quam si uulgus notat maliuolentiam, quia uellet omne bonum simpliciter sed malis non inesse diuitias vel aliquando uirtutes corporales aut etiam uitam est simpliciter bonum ut hiis non amplius nocceat ergo hoc uult prudens et uirtuosus

De secundo dicendum est quod non optima consulere potest uideri <dupliciter> uno modo, quia nihil consulere et hoc aliquando contingit prudente Non enim oportet ipsum semper esse in actu alio modo quod dum consulit non consulat optima et tunc si fiat dicta inter consulere optima et consulere optime potest statim dici quod contingit eum consulere non optima Non enim semper consulat speculari sed aliquando bibere et comedere vel lucro pecuniarum intendere propter necessitatem uite Sed si queratur an contingit consulere non optime dicendum quod non loquendo simpliciter de optime si in ordine ad honestum sicut probant omnes rationes pro prima parte quaestionis adducte, quia nec si contingit eum esse maliuolum Sed si loquitur secundum quod de optime si in ordine ad pecunias exteriores et delectabiles sensuales adipiscendas sic contingit non optime consulere, quia saepe consuleret alios actus ad quos magis sequitur diminutio pecuniarum quam congregatio et abiectio uoluptuum L 358v quam persecutio et hoc est, quia contingit eum esse maliuolum et hoc est quod intendebat Aristoteles qui tamen abstracte loquabatur eo quod iste liber est proprie ad qui bene consulere opinantur consulere ad diuitias et delectationes sensibiles.

Et sic procedunt rationes in secundo parte quaestionis E 165vb adductae. Multi enim uituperant Aristotelem dicentem OPORTET INIMICIS MALEFACERE non uidentes eius intentionem Nam enim intendit Aristoteles quod oporteat aliquem alicui esse inimicum simpliciter sed quoad bona utilia et delectabilia et sic oportet ei malefacere

Dicendum etiam quod prudens non male uult latroni quem suspendit sed bene Uult enim bene quod poenitendo emendet se et suspendit, quia uult quod amplius non male faciat et hoc est simpliciter bene ei uelle

Tertio

#<II.3> E 165vb-167ra <ad Rhet Arist 1378a30; AL 221.26-28>

Utrum descriptio irae sit bona, in qua dicit ira est +boni+ appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem parvipensionem eorum que in ipsum aut in ipsius aliqua non conuenienter⁴⁴.

Quod non sit 'appetitus', quia appetitus est potentia quaedam animae, ira autem non.

⁴⁴ Rhet Arist 1378a30; AL 221.26-28: sit autem ira appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem parvipensionem eorum que in ipsum aut in ipsius aliqua non conuenienter.

Quod non 'cum tristitia', quia secundum Aristotelem ipsa est cum delectatione⁴⁵ et opposita non insunt eidem simul

Item, quod non 'punitiois', quia tunc omnis iratus puniret si posset quod est falsum. Patet consequentia, quia principia sufficientia motuum animalium sunt intellectus et appetitus cum potentiis organicis corporis executiuis positae autem principiis sufficientibus ponitur effectus

Item, quod non 'apparentis', quia saepe uidemus aliquos dicere si ego essem cum eque potens illi ego uindicarem me Hoc autem dicere uidentur ex ira et tamen non uidetur eis posse punire

Item, quod non 'propter apparentem parvipensionem', quia tunc quanto maior apparet parvipensio tanto maior efficeretur ira quod est falsum, quia postea dicit Aristoteles quod mites fiunt ((quod est falsum)) si absorbeantur id est si uideantur quasi deuorari per multiplicas parvipensiones seu derisiones Uerbi gratia multi cum uident alios non curare de ira dimittunt tunc eam

Item, contra illam ultimam clausulam 'non conuenienter', quia quasi tunc quanto minus conuenienter tanto magis ira Consequens est falsum per Aristotelem postea dicentem quod homines irascuntur despicientibus ea circa quae maxime student et magis si illa vel totaliter vel non fortiter uideantur inesse eis Si autem ualde insunt eis non curant Uerbi gratia si quis est studiosus vel gaudetur vel in alia pulchritudine vel in iuuentute et sit ualde pulcher et iuuenis si uocetur turpis aut senex non curat si uero tendat in turpitudinem vel in senectutem irascitur et tamen minus conuenienter turpitudine imponitur pulcherrimo quam turpiori <***> In prohemio De Anima, quia passiones animae sunt cum quodam motu corporis⁴⁶ +contradicit Aristoteles+ quod debet diffinire per huiusmodi motus corporis vel certarum particularum corporis Hoc autem non ponitur in hac diffinitione ideo non ualet

Item, adhuc contra illam clausulam propter parvipensionem confirmando quod maior parvipensio non facit maiorem iram, quia a maioribus fit maior parvipensio in minores quam in mediocribus Minus tamen irascuntur maioribus

Item, pater filio irascitur quodcumque malum fecerit et inde castigat et punit eum Non enim irascitur propter parvipensionem

Item, irascuntur equo aut cani E 166rb cuius non est parvipensio cum non habeat actum opinionis Immo irascitur puer baculo vel lapidi a quo leditur unde uult quod uerberetur alias fleret Et lusores irascuntur taxillis vel scacis vel tabulis unde ea frangunt et proiciunt ad parietem

Item, canis irascitur cuius non est opinari quod parvipendatur

Oppositum Aristoteles.

Notandum est quod sicut apparet in prohemio De Anima cum apud unamquamque parvipensionem sensibilis appetitus fiat in nos motus quidam corporeus quod ille parvipensiones non sunt proprie ipsi animae ut praescindit a corpore sed sunt totius coniuncti tamquam subiecti proprii Propter quod si diffiniuntur per subiectum suum diffinitione completa et explicita oportet scire non solum quod esset motus animae sed etiam circa quam corporis particulam erunt?> motus animae et sic secundum qualem motum corporis ille parvipensiones habent fieri in tali subiecto Sed sicut dicit in dicto prohemio Aristoteles hoc pertinet +tam+ ad naturalem non ad dialecticum nec per consequens ad rethoricum cum ipse sit quidam dialecticus Similiter nec ad rethoricum spectat inquirere proprium actuum et immediatum huiusmodi passionum sed ad naturalem puto an ipsa anima in se ipso vel in corde faciat huiusmodi passiones vel apprehensio vel aliud. Haec omnia spectant ad speculatiuam (?) sed ad rethoricum spectat solum accipere quid nominis huiusmodi passionum per ea quae de huiusmodi passionibus sunt nobis quasi per se manifesta Et illo modo descriptio uidetur esse ualde bona, quia explicitae et conuertibiliter indicat essentiam irae. Dico explicitae, quia distincte exprimit causas eius secundum quattuor genera causarum Propter quod sciendum quod ira cum sit actus et forma quaedam non habet formam proprie loquendo sed improprie habet pro praedicatione eius quidditatiuam quod est genus eius Nam, quia per formam ueram unumquodque

45 Rhet Arist 1378b1; AL 222.2-3: et ad omnem iram sequi aliquam delectationem a spe puniendi;

46 Arist De Anima 403a3: Videntur autem et omnes animae passiones esse cum corpore, ut

est actu illud ideo praedicatum quidditativum, quia significat essentiam quam significat subiectum (?) solet improprie uocari forma Sic ergo exprimitur in forma et subiectum quod est tamquam materia cum dicitur appetitus Nam hic non accipitur appetitus pro potentia appetiva sed pro actu seu inclinatione potentie appetitivae Unde sic resolvendo hoc nomen appetitus ibi ponitur actus seu inclinatio pro genere et causa formali Et ponitur ibi potentie appetitivae pro subiecto seu causa materiali non tamen omnino explicata sicut dictum fuit, quia hoc pertineret ad naturalem Et ponitur ibi cum tristitia tamquam dispositio necessaria cause materialis scilicet potentie appetitivae ad receptionem forme diffinitae scilicet irae. Et ponitur punitionis apparentis pro obiecto in quod ira tendit Et propter apparentem parvipensionem ponitur etiam pro causa efficiente vel forma <eo> quod apparens parvipensio factiva est tristitiae disponentis appetitum ad iram Apparentia autem punitionis factiva est irae in appetitu sic disposito punitio uero exterior est sicut finis sicut diceremus domum extra habere rationem finis in edificatione et appetitu edificande et rationem domus in anima habere rationem efficientis ut uult Commentator 12 Metaphysicae Dico etiam conuertibiliter, quia per actum differt a potentiis et habitibus Per potentie appetitivae differt ab actibus cognoscitivis Per apparentis punitionis differt ab omnibus aliis passionibus vel inclinationibus appetitus quae non tendunt in punitionem Sed per illam clausulam propter apparentem parvipensionem differt ab omni inclinatione appetitus tendente in punitionem propter aliam causam, quia talis inclinatio non esset ira uerbi gratia iudex aliquando tendit in punitionem latronis sine ira immo cum magna compassione et hoc est, quia non intendit in punitionem propter parvipensionem sed propter ipsius malitiam +, quia illa+ quod punitio non est proprius finis irae nec apparentia punitionis proprium efficiens irae nec tristitiae propria dispositio appetitus ad iram nisi haec omnia specificentur per hoc quod sunt vel intenduntur propter apparentem parvipensionem et iterum parvipensio requisita ad iram specificatur per praesentes particulas, ut apparet in margine libri.

Ad rationes

Prima solvenda est per expositionem huius nominis appetitus

Item, tristitia et delectatio possunt esse simul si non sint eiusdem obiecti, quia sic non contrariantur Est ergo tristitia de parvipensione delectatio autem de punitione sperata Non omnis iratus punit, quia appetitus aliquando determinatur ratione vel alia inclinatio<ne> si non fuerit fortis Si omnino cadat apparentia punitionis ira uertitur in simplicem tristitiam et sic non ex ira differt hoc sed ex simplice tristitia Parvipensio potest esse tanta quod absorbet spem et apparentiam punitionis Si parvipensio non generet tristitiam non fit ira sed non generat nisi, quia videtur inferre hominem +quem hominem si sit manifestissimus non possunt+ inferre parvipensiones tales ideo non contristantur

Ad aliam dictum fuit minus irascuntur maioribus, quia cadit spes uindictae Pater castigans filium bene tristatur eius sed non semper irascitur, quia nec punit eum sed castigat Differunt enim punitio et castigatio ut dicit Aristoteles primo huius Castigatio quidem enim patientis gratia est punitio autem facientis aut facturi Tristatus ex malo illato turbatur ut non consideret si inferens tristitiam sit animatum vel inanimatum habens opinionem vel non habens ideo imagiatur ac si talia habeant opinionem parvipensionem Canis videtur habere fantasmam parvipensionis, quia statim movetur contra deridentes et non mordet residentes, ut dicit Aristoteles.

Ante illam quaestionem debet poni una, quae scripta est immediate ante capitulum de erubescencia.

#<II.4> E 167ra-167vb; L <ad Rhet Arist 1378b1; AL 222.2-347>
<De ira cf Buridan EN 4.14>

Utrum ad omnem iram sequitur aliqua delectatio.

Quod non, quia ira fundatur super tristitiam Ad tristitiam autem non sequitur aliqua delectatio

47 Rhet Arist 1378b1; AL 222.2-3: et ad omnem iram sequi aliquam delectationem a spe puniendi;

Item, hoc esset propter spem de uindicta sed non est, quia spes est de futuro bono Bonum autem futurum sub ratione futuri apprehensum non causat delectationem sed desiderium Desiderium autem sicut dicit Commentator 12 Metaphysicae commento 39 magis videtur esse dolor quam uoluptas

Item, hoc esset, quia mente demoramur in puniendo sicut dicit Aristoteles Sed probo hoc esse falsum, quia si demoratur in apprehensione punitionis simpliciter sine differentia temporis non causabit nisi desiderium si uero sub ratione praesentis destruit iram ad iram autem sequitur <sed> non videtur sequi quod est ipsius destructiuum (?)

Oppositum Aristoteles.

Notandum quod ad iram efficiendam primitus exigitur apprehensio parvipensionis illate quae necessario factiua est tristitiae propter hoc quod apprehensio mali sub ratione illati seu habiti causat tristitiam Deinde exigitur apprehensio uindictae sub ratione boni absentis et ita generatur desiderium quo desiderio facto si uindicta apprehenditur sub ratione impossibilis non fit ira sed totum desiderium uertitur in tristitiam si etiam uindicta apprehenditur sub ratione difficilis E 167rb vel terribilis Et ob hoc appetitus succumbat tunc fit desperatio quae prohibet iram et conuertit iterum totum desiderium in tristitiam Si autem uindicta apprehenditur sub ratione possibilis et appetitus propter difficultatem apparentem non succumbat fit spes de optinendo uindictam quibus omnibus sic factis congruit (?) in appetitu sic disposito actus tendens in apparentem uindictam cum impetu et ille est ira Et est notandum quod licet huiusmodi passiones et etiam delectatio sicut postea uidebitur <sint> cum ira tamen ira non est formaliter aliqua earum quod est ex diuersitate motuum cordis priorum huiusmodi passionibus Fit enim tristitia in quadam cordis constrictione (?) et spirituum ad cor le<n>ta (?) reuersione Delectatio uero econtra fit in corde et spirituum dilatatione et missione non nimis ueloci ad exteriora Spes autem fit <in> quadam spirituum de re one circa uirtutes apprehensiuas ut imaginatio de optinendo (?) Desperatio uero econtra Ira autem fit in sanguinis et spirituum quadam supercaefactione ex tumescencia cordis tendentis cum impetu in uindictam Istis autem uisus potest dici quod iram sequitur necessario aliqua delectatio Et hoc primo notum est per experientiam non enim ita tristes neque constrictos (?) uidemus iratos sicut illos qui de uindicta desperant Unde uidemus pueros aut mulieres non flere quamdiu ferunt<ur> <in> impetu litigandi vel bellandi quod si a superuenientibus superentur flere incipiunt ira uersa in simplicem tristitiam Sed causa uidenda est huius multiplex Primam assignat Aristoteles, quia spes uindictae desideratae exigitur ad iram ut dictum est Omnis autem spes optinendi rem desideratam est delectabilis per talem modum quem tangit Aristoteles primo huius scilicet, quia fit fantasia quaedam de bono illo futuro quae quidem fantasia est sensus quidam et per modum praesentis Talis autem sensus factiuus est delectationis Hoc autem sic debet intellegi, quia duplex est in nobis uirtus sensitua <cogitativa> interior scilicet sensus communis et cogitativa et duplex uirtus <r>eseruatua specierum scilicet fantastica deseruiens sensui communi <et> <in>memoratiua deseruiens cogitativae Sensus communis non apprehendit nisi per modum praesentis sicut nec sensus exteriores quorum ipse est quasi centrum Cogitativa uero illam componit cum praeterito et futuro Quando ergo per cogitativam et memoratiuam sibi deseruientem apprehendimus bonum futurum sub ratione futuri et possibilis resultat in sensu communi per fantasiam sibi deseruientem quaedam apparitio illius boni per modum praesentis et ita spes et memoriae delectabilium sunt delectabiles Et iterum spes propter aliam causam est delectabilis quod +apud spem apprehenduntur bonum futurum habere (?) de praesenti potentem non impo<tes>tas+ et ita potestas sub ratione boni apprehenditur sicut impo<tes>tas sub ratione mali Apprehendere autem aliquid per modum boni praesentis causat delectationem Alia causa quam assignat Aristoteles est, quia demoramur in puniendo mente idest, quia cogitantes de punitione desiderata saepe propter magnum affectum ad iram (?) cogitamus de modo puniendi ommittendo considerationem de futuro et immoramur quasi si actu puniamus et fit tunc delectatio multa quae iterum statim cadit cum redit cogitatio de non praesentia Sic enim insimul (?) fortibus concupiscentiis fiunt saepe alternatim delectationes et tristitiae et maxime in amore et +eos+ sumitur ex motu corporeo qui appro te fit ad iram fit

enim sanguinis et spirituum ebullitio quae non potest esse sine eorum dilatatione et eorum missione ad exteriora Dilatio autem spirituum est motus delectationi conueniens et oppositus tristitie

Ad primam rationem dicitur quod tristitia est de parvipensione illata sed delectatio est de punitione sperata

Ad aliam dicitur quod desiderium et omnis concupiscentia sicut dicitur in primo libro est delectabilis si desideratum apprehenditur sub ratione possibilis ut dictum est uel, quia facit fantasiam uel, quia demoratur mente in re desiderata saepe per modum praesentis sed desiderium secundum quod apprehenditur absentia desiderati est tristabile

Ad aliud concedo quod demorari mente alleuiat motum ut pro tempore sed post cum redit consideratio de absentia reuertitur fortius motus irae Ire autem alleuiatio non sequitur per se ad iram sed ratione qua appetitus inclinatur ad delectabile inclinatur sensum ad ipsius apprehensionem per modum praesentis ad quod sequitur delectatio et alleuiatio ire

Hec de (?)

#<II.5> E 167vb-168ra; L 361v-362r <ad Rhet Arist 1379a15; AL 223.27-224.248>

Utrum amantes et totaliter concupiscentes facile irascuntur.

Quod non, quia amicitia vel est virtus vel cum uirtute (8 Ethicorum)⁴⁹. Nullus autem uirtuosus facile passionatur.

Item, 'existentes in delectatione et in spe optima mitescunt', ut dicitur post, et existentes in spe concupiscunt. Concupiscentes etiam sunt in delectatione, quia primo huius: 'concupiscentia est delectabilis appetitus'. Unde ut ibi dicitur: 'in plurimis concupiscentiam sequitur delectatio ut quod in febribus habentes sitim memorantes quomodo bibebant et sperantes bibere gaudent'⁵⁰. E 168ra

Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod amicitia propter honestum quae est virtus vel cum uirtute non disponit ad iram Sed loquitur Aristoteles de amantibus amore qui est passio sensualis De quo distinguendum est, quia vel ille est simpliciter secundum indifferentiam ad delectationem vel tristitiam <et> desiderium vel fugam et tunc non magis disponit ad iram quam ad mitescentiam vel est determinatus ad dilectionem et est causa mitescentie vel ad tristitiam et sic est causa irae vel ad desiderium et tunc si sit cum spe optima causat delectationem et mitescentiam si sit cum desperatione vel cum apprehensione prohibentium difficultatum causat tristitiam et movet ad iram.

Solve rationes.

#<II.6> E 168ra-168rb; L 362rv <ad Rhet Arist {}>; AL 224.851>52

Utrum magis contristat malum inopinatum quam praeopinatum.

⁴⁸ Rhet Arist 1379a15; AL 223.27-224.2: propter quod infirmi, egentes, amantes, sitientes, totaliter concupiscentes et non assequentes iracundi sunt et facile commobiles

⁴⁹ Arist EN 8.1.1 (AL 520.3-4)

⁵⁰ Rhet Arist 1370b15; AL 200.24-28: et in plurimis concupiscentiis sequitur quaedam delectatio; aut enim memorantes quomodo adipiscebantur aut sperantes quomodo adipiscentur gaudent quadam delectatione, ut puta qui in febribus habentes sitim memorantes quomodo bibebant et sperantes bibere gaudent

⁵¹ Rhet Arist {}>; AL 224.8: contristat enim magis quod multum inopinatum, sicut et delectat quod multum inopinatum, si fiat quod uoluitur est; propter quod et tempora et hore et dispositiones et etates ex hiis manifeste, et que facile mobiles ad iram et quando et ubi, et quod quando magis in hiis sunt, magis etiam facile mobiles. Ipsi quidem igitur sic habentes facile mobiles ad iram.

⁵² NB: Thomas Aquin, Summa Theol Primae Secundae, fx 42.5 Utrum repentina magis timeantur.

Quod non, quia praecedens opinio de malo futuro iam inducit ibi aliquam tristitiam et in malum opinatum inuenit subiectum magis dispositum ad tristitiam ideo magis contristat

Item, medicus non praedicat infirmo quod debeat mori aut in fortem dolorem incidere sed consolatur eum dicens quod sibi est bene. Hoc autem non deberet facere si malum inopinatum magis contristaret.

Oppositum Aristoteles hic et 3 Ethicorum.

Repentia sunt magis nata inferre timorem igitur pari ratione et tristitiam cum non sit timor sine tristitia magna

Item, Seneca IACULA PRAEVISA MINUS SEUIT

Dicendum quod sic intensius propter multas causas.

Primo, quia passiones sensus cum motu corporeo fiunt habent iam terminum et finem cum ergo malum fuerit praeopinatum iam intulit motum tristitiae qui ante euentum mali iam in termino vel quasi existens E 168rb non potest esse eque uehemens sicut si tunc inciperet Nec igitur potest esse tristitia ita intensa.

Secundo, quia iam per praeopinationem acquisiuit sibi quandam assuetudinem sustinendi tristitiam Assuetudo autem, quia est uelut natura diremit tristitiam Immo quandoque quod ante erat triste fecit delectabile, sicut dicitur primo huius.

Tertio, quia iam potest praeostendere quo modo non sit tantum malum quantum prima facie apparet.

Quarto, quia appetitus non succumbens per timorem Illa ratio non haberet locum ad propositum sed potius ad oppositum Propter quod aliquos tantam cordis tristitiam pati uidemus in sola ipsorum flebotomia propter praeopinionem ut sicopum patiantur et ante ictum et flebotomantes ob hoc praecipiant respicere ad aliam partem.

Ad primam rationem dicendum quod tristitia praecedens non disponit ad fieri de eodem tristitiam eque>ita intensam sed ad contrarium propter iam esse motum in termino vel prope terminum.

Ad aliam Medicus non praedicat ne timore succumbat et ne natura (?) illo longo timore praeuio grauetur Si tamen crederet appetitum eius eleuari per audaciam et non succumbere per timorem ipse praediceret

#<II.7> E 168rb-168va; L 362v-363r <ad Rhet Arist 1379a25; AL 225.18-2253>

Utrum magis irascimur parvipendentibus in hiis nos quae parum nobis existunt quam parvipendentibus nos in hiis quae multum nobis existunt.

Quod non, quia ira non fit propter parvipensionem nisi appareat inferri inconuenienter, ut patuit in diffinitione⁵⁴. Propter quod etiam dicit Aristoteles ad iustum iram non fieri sed magis inconuenienter et minus iuste fit parvipensio de hiis quae multum existunt quam de hiis quae parum

Item, de parvipensione diuites magis irascuntur quam pauperes quibus tamen bona magis existunt quam pauperibus, ideo etc

Oppositum Aristoteles.

Sciendum est quod parvipensio non causat tristitiam Nec per consequens iram nisi quantum videtur diminuere de hominis honore vel dignitatis apparentia Ideo si quis parvipendatur in hiis de quibus curat laudari vel de quibus non credit aliquos debere laudari non irascitur Qui autem uellet et crederet debere laudari de pecuniis ille irascetur si parvipenderetur in pecuniis

⁵³ Rhet Arist {}; AL 225.18-22: Adhuc parvi pendentibus ad quinque[...]irascuntur magis.

⁵⁴ Rhet Arist {}; AL 221.26-28: Sit autem ira appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem parvipensionem eorum que in ipsum aut in ipsius aliqua non conuenienter.

Iterum si quis uero sciat se esse notorie famosum in aliquo eo quod illud omnibus appareat, quia percipit honorem sibi ob hoc attribuendum non posse per uerba parvipensiuia <posse> diminui et quod per ea non potest auferri dignitatis apparentia non tristatur si in illo parvipenditur nec per consequens irascitur Sed si illa in quibus uult et credit debere laudari lateant vel non omnino clare appareant scilicet uel, quia sunt interiores uirtutes et sic insensibiles uel, quia debiliter insunt sicut pulchritudo corporalis vel diuitie vel iuuentus tunc cognoscit quod per uerba parvipensiuia honor vel dignitas sibi ex eis debita vel quam ex eis credit sibi deberi potest apparere minor aut omnino nulla Ideo ob hoc tristatur et irascitur Hoc ergo modo apparet quando quare et quomodo magis irascimur parvipendentibus nos in hiis quae parum nobis existunt Ad primam rationem dicendum quod licet sit parvipensio disconuenientior tamen non contristat quod requiritur ad iram

Ad secundam apparet quod deficit illa condicio inconuenienter

#<II.8> E 168va-169ra; L 163rv <ad Rhet Arist 1379b10; AL 225.8-955>

E 168vb

Utrum magis irascimur amicis, si non bene dicant vel si maledicant quam aliis.

Quod non, quia amici sunt humiliores inimicis et citius penitentes de malo illato quam inimici Talibus autem mitescimus, ut dicitur in littera Ideo minus eis irascimur Etiam, quia amicus amico rarius malefacit vel maledicit et minus intense quam inimicus inimico et minus est sibi irascendum

Item, minus irascitur vel irascendum est ei qui plura bona fecit quam inimicus

Oppositum Aristoteles.

Nota: quod in uera amicitia scilicet uirtuosa quae est propter honestum illa quaestio non habet locum, quia uirtuosus <numquam> malefacit <uel> numquam maledicit Et si etiam aliquis malefaciat vel maledicat uirtuoso ipse uirtuosus non ob hoc passionatur UIRTUOSUS ENIM AD PRAUOS HUNC EFFECTUM HABET QUEM MEDICUS AD EGROS ut dicit Seneca ad Serenum. Ideo dictum est 8 et 9 Ethicorum quod in tali amicitia non habent locum accusationes vel querele. Haec igitur quaestio debet intellegi de amicis propter utile vel delectabile et omnino non ueris sed de fictis amicis de quibus dicit Tullius in sua Rhetorica ITA UT HIRUNDINES ESTIUIO TEMPORE PRESTO SUNT FRIGORE PULSE RECEDUNT SIC FRALSI AMICI SERENE UITE TEMPORE PRESTO SUNT ET TAMEN IN HIEME FORTUNE UIDERUNT DEUOLANT OMNES Dicam ergo quod talibus amicis fictis quos scilicet aliquis putabat amicos magis irascitur si maledicant vel malefaciant ex certo proposito et specialiter si ex malitia scilicet sine passione, quia ipse plura mala percipit se recipere ab illo, quia cum illo malo quod actu recipit percipit se fuisse ab illo deceptum et se perdidisse bona E 169ra quae fecit ei Et quia haec omnia percipit sibi inferri magis inconuenienter et sic dicit Seneca in Prouerbiis quod BONUS AMICUS LESUS supple a falso amico GRAUIUS IRASCITUR Si autem amicus non fictus licet non uirtuosus non ex malitia sed forte ex passione malediceret amico vel aliquid ei malefaceret minus esset ei irascendum quam alii et magis ad indulgendum.

Et procedunt rationes.

Sequitur consequenter quaestio nona

#<II.9> E 169ra-169rb; L 363v-364r <ad Rhet Arist 1379b35; AL 225.28-226.156>

Utrum obliuio sit factiva irae.

55 Rhet Arist {}; AL 225.8-9: amicis autem, si non bene dicant vel faciant, et adhuc magis si contraria

56 Rhet Arist {}; AL 225.28-226.1: Factivum autem ire et obliuio, velut et que nominum, existens circa modicum; parvipensionis enim videtur et obliuio signum esse; propter incuriam quidem enim obliuio fit, incuria autem parvipensio est.

Quod non, quia priuatio non est factiua effectus positiui et quod obliuio nominis non est parvipensio Probatio, quia stare potest cum magna magnipensione ut si quis oblitus nominis tui exhibeat tibi magnam reuerentiam pro posse suo

Oppositum Aristoteles.

Et apparet quod statim dedignantur dicunt homines 'O Domine! Vos amplius non cognoscitis me'.

Dicendum quod licet non deberet facere iram, quia est res modica tamen aliquando facit in dispositis ad eam in cupientibus laudari de eo quod sint bene noti, quia non solum parvipensio sed apparens parvipensio est factiua irae Sed obliuio est apparens parvipensio ratiocinanti sic Si non parvipenderet me ipse curaret frequenter de me meditari Quod si faceret haberet de nomine memoriam Tamen dicat Aristoteles in libro De Memoria et Remiscentia quod FREQUENTES MEDITATIONES SALUANT MEMORIAM Sed non habet memoriam Igitur de me non curauit Igitur me parvipendit

Ad rationem dicendum est quod licet E 169rb obliuio non sit formaliter parvipensio tamen videtur signum esse parvipensionis per locum ab opposito, quia memoria et frequens meditatio est signum magnipensionis

#<II.10> E 169rb-169va; L 364rv <ad Rhet Arist 1380a15; AL 226.14-1957>

Utrum negantes et contradicentes flagellamus magis ut quod eis magis irascimur.

Quod non, quia excusantibus, ut dicit Aristoteles, mitescimus. Sed negantes et contradicentes sunt excusantes.

Item, irati saepe recipiunt emendam pro punitione talem quod illi publice negant se talia dixisse vel facisse et sic mitescunt.

Item, concedentes factum renouant parvipensionem tamquam non curantes si contristauerint Talibus autem irascimur, ut dicit Aristoteles. Ergo per oppositum negantibus quasi timentibus contristare mitescimus

Oppositum Aristoteles et experimento uidemus multos irasci ualde pro re parua famulis suis negantibus manifesta et dicere expresse: 'ego non curo de damno, sed de hoc <quod> ille negat illud quod ego bene scio, et quod ipse non potest negare'.

Dicendum quod negare occulta, quae uerisimiliter probari non possunt, quietat iram.

Iterum negare manifesta ex humiliatione concessa ab irato cedat +iram+, quia hoc est magnipendere immo hoc est formaliter puniri scilicet sibi ipsi ex metu contradicere Negare autem manifesta propter optinere vel nolle superari in uerbis causat iram et hoc non est irreuerentia

Ad rationes conceditur quod excusantibus rationabiliter et per humilitatem vel timorem mitescimus non negantibus propter uelle uincere in uerbis vel non uinci cum non possint culpam facti excusare et dedignantur petere ueniam. E 169va Alia ratio loquitur de negatione per L 364v metum vel oboedientiam Tertia loquitur de superbia compensatione sine petitione uenie

#<II.11> E 169va-169vb; L 364v-365r <ad Rhet Arist 1380a30; AL 227.258>

Utrum impossibile sit simul timere et irasci.

Quod sic, quia quando iratos et intentionem habentes vindicandi uidemus pro tempore recedere propter praesentem poenam aduersam quae tunc timetur

57 Rhet Arist 1380a15; AL 226.14-19: Et hiis qui confitentur et paenitent; tamquam enim habentes satisfactionem id quod est tristari de factis cessant ab ira; signum autem in servorum castigatione; negantes quidem enim et contradicentes magis flagellamus, ad confitentes autem iuste flagellari quietamur ab ira;

58 Rhet Arist {}; AL 227.1-2: Et quos timent aut verecundantur; donec enim sic habeant, non irascuntur; impossibile enim simul timere et irasci.

Item, multi audaces sunt mites ita quod simul contingit audere et mitem esse Ergo per locum a contrariis simul contingit timere et irasci

Oppositum Aristoteles.

Dubitatio est utrum mitescentia sit passio positiva irae contraria vel consistat in solo defectu vel quietatione irae Et puto magis quod se habeat solum ad iram privatiue Ira namque consistit in quadam appetitus superlevatione sicut et audacia licet differant, quia audacia solum respicit sustentationem vel repulsionem terribilis imminentis Ira autem respicit vindictam et punitionem accipiendam de illato malo Propter quod ira supponit audaciam Plus enim est tendere in punitionem alicuius quam mite ipsum sustinere vel repellere Unde sequitur iratus ergo audens sed non sequitur econverso audens ergo iratus saepe enim audenti sufficeret quod aduersarius recederet quod non sufficeret irato Audentia etiam est circa mala nullam spem parvipensionis praetendentia ut circa tonitrua et maris pericula ubi non habet locum ira Timor autem fit apud defectum cordis appetitu succumbente propter imminens malum Mitescentia autem nec carentiam appetitus nec defectum cordis proprie requirit sed solum carentiam superlevationis tendentis in vindictam Audentes enim sunt aliquando ualde mites Et similiter uirtuosi quorum nec appetitus succumbit nec cor defectum patitur Et si mitescentia sit passio positiva L 365r tamen exigit minorem effectum cordis E 169vb et minorem carentiam appetitus quam timor Sicut enim omnes percipiunt iram fieri cum maiori motu cordis quam audaciam ita econverso timorem quam mitescentiam Igitur sequitur bene timet ergo mitescit et non econverso Ex hiis autem apparet statim quod nullus timens irascitur ad intellectum quem post dabimus quoniam nullus mitescens irascitur et omnis timens est mitescens ergo etc. Haec autem propositio: 'nullum mitescens irascitur' est uera sicut illa: 'nullum tenebrosus est illuminatus', vel sicut illa: 'nullum frigidum est calidum'. Ista autem propositiones sic sunt uerae quod unumquodque quantum habet de tenebrositate <uel de frigiditate> tantum sibi deest de illuminatione vel de caliditate Sed non sunt sic uere quod nullum habens aliquem gradum tenebrositatis vel frigiditatis habet aliquem gradum illuminationis vel caliditatis Immo stare potest aliquid caliditatis cum aliquibus gradibus frigiditatis ut in tepido Sic etiam aliquid timoris stare potest cum aliquibus irae sed cum timore intenso nihil potest stare irae neque cum ira intensa aliquid timoris quoniam requirunt in corde dispositiones et motus ualde impossibiles Secundum hoc prima ratio soluta est Ad secundam quod non sequitur in contrariis secundum consequentiam in ipsis nec etiam in priuatiuis Non enim sequitur si illuminatum est necessario diaphaneum quod carens lumine careat diaphaneitate Non enim oportet si hoc fundatur in illo quod contrarium vel priuatio huius fundetur in contrario vel in priuatione illius, quia contraria vel etiam priuatiua sunt nata fieri circa idem Consequenter quaeritur

#<Il.12> E 169vb-170rb; L 365rv <ad Rhet Arist 1380a35; AL 227.559>

Ut nullus qui irascitur parvipendit.

Arguitur quod immo, quia aliter nulli irascenti nobis irascimur quod est falsum Consequentia patet, quia ira fit propter parvipensionem

Item, econtrario se L 365v habent qui se humiliat et qui irascitur Sed humiliare se est magnipendere E 170r igitur humiliantes mitescimus igitur irasci est parvipendere

Item, pauperes qui minus sunt parvipendentes minus irascuntur Diuites autem qui sunt magis parvipendentes magis irascuntur Ergo videtur quod irasci et parvipendere vel consequantur se vel compatiuntur se Et confirmatur, quia illi non irascentur quem magnipendent ut regi Aliis autem minoribus irascentur quod non videtur esse nisi, quia magis parvipendent eos Ergo parvipendens irascitur

Oppositum Aristoteles.

Potest dici quod qui alteri irascitur non ex toto magnipendit eum specialiter in ordine ad ipsum, quia si aliquid magnipendimus ex toto in ordine ad nos tunc econuerso ex toto parvipendimus nos ad ipsum Hoc autem stante non irascimur ei propter duo: primo quia si parvipendat nos non speramus uindictam, secundo quia non apparet nobis quod praeter conueniens parvipendat nos.

Secundo dico quod etiam qui irascitur non ex toto parvipendit, quia ex toto parvipendere est reputare nullo dignum esse scilicet ut nec possit obesse nec potest prodesse Sed non irascimur nisi ei quem opinamur obesse vel obfuisse Igitur illum non ex toto parvipendimus Et sic debet intelligi dictum Aristoteles Non enim uult dicere quod qui irascitur nullo modo parvipendat sed quod non ex toto parvipendit Ideo nec dicit simpliciter quod non irascimur ei qui propter iram fecit Sed sub disiunctione dicit quod vel ei non irascimur vel minus irascimur Sed contra videtur per rationem Aristoteles quod qui irascitur nullo modo parvipendat, quia parvipensio est sine tristitia Ira autem est cum tristitia.

Solutio: dico quod totalis parvipensio alterius in ordine ad ipsum est sine tristitia Immo cum delectatione propter apparentiam proprie excellentie Sed parvipensio partialis quae est cum partiali magnipensione est bene cum tristitia vel potest dici quod parvipensio est sine tristitia nisi hoc sit per accidens Sed per accidens potest esse cum tristitia ratione annexi

#<Il.13> E 170rb; L 365v-366r <ad Rhet Arist 1380b5; AL 227.1160>

Utrum tempus quietat iram.

Videtur quod non, quia non apparet modus per quem cum tempus <nec> sit contrarium irae nec sit contrarium effectivae irae.

Item, non quietat odium, quia dicit post Aristoteles quod odium insanabile est tempore⁶¹, ergo nec iram. Patet consequentia, quia non apparet ratio quare magis debeat quietare unam passionem quam aliam.

Oppositum Aristoteles hic et 4 Ethicorum.

Potest dici quod in sensu proprio illa propositio tempus quietat iram non est uera, quia cum tempus ponitur idem cum primo motu non oportet quod magis agat ad irae remissionem quam ad eius intensionem vel generationem Sed in sensu improprio uera est scilicet in hoc sensu in longo tempore ira quietatur ab intrinseco scilicet absque apparentia agentis extrinseci quietantis eam Hoc enim quod sit sine apparentia exterioris agentis et non sit in pauco tempore sed in multo solemus tempori attribuere secundum uulgarem locutionem Sic autem ira quietatur maxime inter ceteras passiones primo propter hoc quod ipsa est motus uehementioris et per consequens citius ad terminum ultra quem natura procedere non potest uehementis et ita necesse est pausari motum ire.

Secundo, quia spiritus et sanguis commoti citius propter calefactionem diriguntur et exalant Et hoc forte notat Aristoteles (4 Ethicorum) dicens: 'in ipso autem dirigi iram tempore indiget'⁶².

Tertio, quia 'ira consequitur rationem aliquam', ut dicitur 7 Ethicorum⁶³. Ubi autem ratio adnectitur ipsa potest sedare passionem

Ad rationes apparet, quod non procedunt contra dicta.

Sequitur consequenter quaestio decimaquarta in ordine numeri.

#<Il.14> E 170va; L 366r <ad Rhet Arist 1380b10; AL 227.1564>

60 Rhet Arist 1380b5; AL 227.10-11: Adhuc autem qui a longo tempore et de novo in ira entes; quietat enim iram tempus;

61 Rhet Arist 1382a5; AL 230.21-24: Et ira quidem semper circa singularia, puta Calliam aut Socratem, odium autem et ad genera; furem enim odit et calumpniatorem unusquisque. Et hoc quidem sanabile tempore, hoc autem insanabile.

62 Arist EN 4.5.26a25

63 Arist EN 7.6.49b1

64 Rhet Arist {}; AL 227.15: mites enim fiunt, cum in alium iram expenderint

Utrum mitiores fiant qui alios puniant.

Quod non, quia ex operibus generatur habitus inclinans ad opera consimilia Igitur qui puniunt inclinantur ad magis puniendum

Oppositum Aristoteles.

'Mites enim fiunt cum in aliis iram expenderunt' 65.

Dicendum pro illo +tunc+ primo, quia licet sit ira ad multos tamen est idem motus irae ad omnes vel saltem per mixtus Propter quod motus irae ad unum quietari non potest non quietato vel saltem diminuto motu irae ad alterum Uindicta autem quietat motum irae, quia habito termino cessat motus.

Secundo, quia puniens delectatur QUELIBET AUTEM DELECTATIO MINUIT QUAMLIBET TRISTITIAM (7 Ethicorum vel 10) Modo per hebetationem vel diminutionem tristitie quietatur vel diminuitur ira Puto tamen quod qui puniuit per iram ipse alias inclinantiior erit ad iram Et quanto plures puniuit tanto magis propter hoc quod ex frequentibus actibus generatur habitus Et propter hoc quod magis opinabitur suam propriam excellentiam quod inclinat ad iram ut dicit Aristoteles.

#<Il.15> E 170va-170vb; L 366r <ad Rhet Arist 1380b15; AL 227.2166>

Utrum ira fit ad iustum.

Quod sic. Tyranni enim pravi iustissimos homines punierunt, ut de Christo apparuit. Immo potentes irasci videmus si quis audeat iustitiam partis aduerse sibi proponere.

Oppositum Aristoteles, et quia in diffinitione irae⁶⁷ apponebatur 'inconuenienter'. Non est mihi dubium quin sepiissime iracundi iniuste irascuntur iustis et de iustissime factis quod est experientia notissimum Sed secundum experientiam eius qui irascitur numquam irascitur de facto cumquaue iuste iram et licet homo sciat se pecasse grauitur si ab aliquo reprehendatur ipse saepe irascitur Sed hoc est, quia sibi videtur quod ille non est dignus reprehendere eum vel quod non debet ita acrite vel coram talibus ipsum reprehendere aut omnino aliquo tali modo Videtur ei quod ille non omnem debitam circumstantiam obseruet in ipsius reprehensione Unde semper iratus dicit bene causam, quia irascitur etc

#<Il.16> E 170vb; L 366v <ad Rhet Arist {}; AL>

Utrum amor sit distinctus a delectatione, delectatio ab amore.

Vide in quaestionibus septimi Ethicorum⁶⁸.

#<Il.17> E 170vb-171rb; L 366v <ad Rhet Arist 1381a25; AL 229.4-569>

Utrum magis amamus sine negotiis existentes quam si negotiatores.

Quod non, quia amamus, ut dicit Aristoteles, illos qui ex opere suo[...]; tales autem[...]negotiatores.

Item, otiosi sunt pravi odio odiendi, ergo negotiatores sunt amandi.

Oppositum Aristoteles, et quia felicitas in vacatione est, vacatio finis non vacationis, et pax belli, ut dicitur 10. Ethicorum, ergo vacabundi de quorum[...]sunt(?) otiosi, scilicet meliores et per consequens

65 Rhet Arist {}; AL 227.15

66 Rhet Arist {}; AL 227.21: non fit enim ira ad iustum;

67 Rhet Arist {}; AL 221.26: Sit autem ira appetitus cum tristitia punitionis apparentis propter apparentem parvipensionem eorum que in ipsum aut in ipsius aliqua non conuenienter.

68 John Buridan; Qu.EN 7.29 (Minerva f.165ra-166vb): Utrum amor sive dilectio sive delectatio sint idem realiter.

69 Rhet Arist {}; AL 229.4-5: Et eos qui sine negotiis propter idem.

amabiliores non vacabundis, et confertur auctoritate Senecae libro secundo De ira[...]esse operosius[...]Solvatis rationes.

#<Il.18> E 171rb-171va; L 367r <ad Rhet Arist 1381a30; AL 229.1270>

Utrum ydonei ad deridendum sunt amabiles.

#<Il.19> E 171va-171vb; L <ad Rhet Arist 1381b15; AL 229.28-2971>

Utrum similiter et eadem desiderantes magis ament se quam dissimiliter et diversa desiderantes.

[...]Oppositum Aristoteles[...]

vide istam quaestionem 8 Ethicorum plenius pertractata⁷². [...]

Solve rationes, sicut vis.

#<Il.20> E 171vb; L <ad Rhet Arist 1381b20; AL 230.173>

Utrum amamus illos ad quos uerecundatur ea quae ad veritatem.

[...]Dictam quaestionem concomitatur alia, videlicet[...]et ita concorda rationes et auctoritates.

#<Il.21?> E 171vb-172ra; L 367v

Utrum amamus illos qui sua mala dicunt nobis.

#<Il.21> E 172ra-172va; L 368rv <ad Rhet Arist {}; AL 230.1274>

Utrum nullus quem timet amat.

Quod immo. Filius timet patrem quem amat. Et iustus timorem Dei prae oculis habet qui tamen summe amat Deum.

Oppositum Aristoteles et Seneca 3 De Beneficiis DEOS NEMO SANUS TIMET QUIS ENIM FUROR EST METUERE SALUTARIA NEC QUISQUAM AMAT QUOS TIMET. Timor sensualis est turbatio appetitus ex fantasia mali futuri corruptiui vel contristatiui, ut dicitur post⁷⁵. Timor intellectualis est nolitio mali quod scimus <uel> opinamur vel dubitamus nobis affuturum Timore sensuali non timent audaces neque uirtuosi nisi forte ualde raro et remisse Sed sic timent timidi et facilliter passionabiles Timore autem intellectuali timent bene uiri fortissimi et scientissimi Sic enim puto Beatum Iohannem Baptistam timuisse Herodem Nolebat ipsum factum non esse malum quod opinabatur vel dubitabat ipsum esse facturum dicit Tullius in libro De Officiis NEMO ENIM <IUSTUS> ESSE POTEST QUI MORTEM QUI DOLOREM QUI EXILIUM QUI EGESTATEM TIMET AUT QUI EA quae SUNT HIIS CONTRARIA EQUITATI ANTEPONIT

Solutio: hoc est uerum de timore sensuali quo turbatur sensus et impeditur ratio vel hoc est uerum <de> tali timore quo moveatur ad ea quae praedicta sunt anteponenda equitati Sed iustus praedicta sic timet, quia dubitans illa afutura esse non uult ea affutura esse

Iterum timere aliquem potest esse dupliciter Uno modo, quia nollet ipsum offendere dubitans tamen ne offendant Alio modo, quia non uellet ab ea mala recipere dubitans tamen ne recipiat

⁷⁰ Rhet Arist {}; AL 229.12: et ydonei deridere et suffere;

⁷¹ Rhet Arist {}; AL 229.28-29: Et eadem desiderantes, que contingit simul participare ipsos; si autem non, idem sic accedit.

⁷² John Buridan, Qu.EN {}:

⁷³ Rhet Arist {}; AL 230.1: Et ad quos uerecundantur ea que ad veritatem.

⁷⁴ Rhet Arist {}; AL 230.12: Et non timendos, et ad quos audemus; nullus enim quem timet amat.

⁷⁵ Rhet Arist {}; AL 231.9-10: Sit itaque timor tristitia quaedam vel turbatio ex fantasia futuri mali aut corruptiui aut contristatiui;

Primo modo puto iustos et perfectos timere Deum et opera sua defectuosa Uiri enim bene scientes humane nature fragilitatem et ignorantiam multiplicem <timere> ne faciant quod non uellent et ne ob hoc Deo displiceant vel non perfecte placeant Cuius oppositum uellent toto conatu Isto etiam modo bonus filius timet bonum patrem et bonus subditus bonum principem Et sic patet quod isto modo summe timemus quem summe amamus Unde bene sequitur Est amor ergo timor sed non conuertitur Unde sic inferre potest Homo amat ergo timet Et istum timorem solemus uocare filialem

Secundo uero timore quem solemus uocare seruilem puto istum timere quem perfecte amat Impossibile enim est perfecte amare quem credimus nobis uelle malefacere, quia talem apprehendimus sub ratione mali Malum autem sub ratione mali apprehensum est odibile Sed illum quem credimus nobis uelle facere quae nolumus recipere credimus nobis uelle facere malum Ergo illum non amamus perfecte Et sic tenet dictum Aristoteles +Dico tamen quod hoc timere+ Possibile est enim filium multum amare parentem, quia ministrat sibi uictualia et ualde timere patrem aut, quia crudelis et saepe uerberans eum etiam iniuste aut, quia saepe castigat iuste materia existente.

#<II.22> E 172va-172vb; L 368v-369r <ad Rhet Arist {}>; AL 230.2276>

Utrum odium sit ad genera.

Quod non, quia odium est passio appetitus sensitivi quae non fertur in illud quod non sensui notum. Genera autem non sunt nota sensui cum sensus non sit uniuersalium.

Oppositum Aristoteles.

Videtur mihi quod odium prout est passio actualis appetitus sensitiui nullo modo est ad uniuersalia postquam actus sensuandi idest non est ad odibile secundum eius uniuersalem rationem ut probabat ratio prius facta Sed odium ut est affectio uoluntatis sequens iudicium rationis potest esse ad genera Sic enim uniuersaliter odire possumus omnem furem omnem calumnatorem aut uniuersaliter omne malum Et in hoc odium differt ab ira ut bene dicit Aristoteles Ira enim siue sit passio appetitus sensitiui siue affectio uoluntatis sequens iudicium intellectus Impossibile <est> quod sit ad obiectum nisi singulariter apprehensum Ad odium enim sufficit simpliciter apprehendere malitiam Sic enim omnes odimus et omnem uellemus non esse Sed ad iram non sufficit simpliciter apprehendere parvipensionem sed factam ad ipsam aut ipsius aliqua odium etiam non immediate inclinatur ad operationem extra Quamuis enim odiamus omne malum non tamen movemur ad repellendum nisi fiat ulterius apprehensio huius aut illius Sed ira immediate inclinatur ad operationem extra scilicet in uindictam Ideo cum operationes sint circa singularia necesse est iram sequi apprehensionem singularem

#<II.23> E 172vb-173ra; L 369rv <ad Rhet Arist {}>; AL 230.2877>

Utrum praesentia malitiae contristat.

Quod sic, quia uirtus est secundum se ipsam delectabilis et opera uirtutum secundum se ipsa sunt delectabilia Ergo a contrariis malitia et eius operationes sunt secundum se ipsas tristabiles Sed tristabile post contristat ergo etc

Item, sicut omne quod bona uoluntas desiderat delectatur si fiat praesens ita omne quod ipsa respuit contristatur si fiat praesens Sed bone uoluntatis est maxime respuere malitias tamquam omnino fugiendas igitur etc

Oppositum Aristoteles.

76 Rhet Arist {}>; AL 230.21: Et ira quidem semper circa singularia, puta Calliam aut Socratem, odium autem et ad genera; furem enim odit et calumpniatorem unusquisque.

77 Rhet Arist {}>; AL 230.26: Sunt autem tristitia quidem sensibilia omnia, quae autem maxime mala minime sensibilia, iniustitia et imprudentia; nichil enim contristat praesentia malitiae.

Dicendum quod malum non generat odium vel fugam vel tristitiam nisi apprehensum fuerit sub ratione mali. Eadem enim passiones facit in appetitu bonum et apparens bonum malum et apparens malum. Si ergo malum assit et non apprehendatur sub ratione mali sed magis sub ratione boni ipsum non contristat sed delectat. Sicut autem corporalis egritudo tangens organa sensus et appetitus sensatim corrumpit iudicium sensus ut quod est amarum appareat dulce et econtra. Sic malitia tangens partem rationalem corrumpit iudicium intellectus ut quod est bonum simpliciter appareat malum et econtra. Dicam ergo quod malitia praesens et eius opera non contristant ipsum malum, quia quae malus non apprehendit sub ratione mali sed sub ratione boni non contristant ipsum sed delectant etc. Verum est tamen quod cum homo redigens quandoque ad rationem et conscientiam percipit vitia et opera sua vitiosa esse prava et deformia ipse contristatur et poenitet. Sed ipse sic non redit ad rationem et rectum iudicium ratione qua malus sed ratione qua non omnino depravatus. Et ita malitia praesens potest contristare.

Rationes procedunt, nisi malitia praesens pervertet iudicium intellectus.

Consequenter quaeritur

#<II.24> E 173ra-173va; L 369v-370r <ad Rhet Arist 1382a20; AL 231.9-10>

Utrum definitio timoris sit bona, in qua dicit: 'timor est tristitia vel turbatio ex fantasia futuri mali corruptivi et contristativi' 78.

Quod non sit tristitia, quia sunt diuersae passiones et una appetitus concipit scilicet tristitia et alter irascibile scilicet timor.

Quod non sit turbatio, quia uirtuosi timent Dominum qui tamen ob hoc non turbantur. Semper enim essent turbati nec filius bonus semper turbatur coram patre licet tamen semper timeat patrem. Per idem arguitur quod non ex fantasia futuri mali, quia Deus sub fantasia non cadit nec est malus sed optimus nec apparens malus saltem bonis et sapientibus qui tamen timent Deum.

Item, male apponitur illa clausula corruptivi aut contristativi, quia non contrahit. Omne enim apprehensum sub ratione <mali> praesentis vel affuturi natum est facere tristitiam.

Oppositum Aristoteles.

Dico breuiter sicut dicebatur de ira quod ad rhetoricam non spectat exquirere definire timorem per subiectum seu ordinem sibi proprium et motum corporeum sibi proprium neque per actum eius proprium intrinsicum. Sed sufficit ei explanare quid nominis per alia praedicta per se nota de timore. Postea distinguendum est de timore sicut dicebatur prius, quia alius est sensualis alius intellectualis. Sensualis est turbatio quaedam vel cum turbatione sensus vel appetitus sensitiui propter hoc quod fit cum modo quodam corporeo turbante organa sensitiua. Timor autem intellectualis non videtur esse talis turbatio cum non fiat cum motu. Sed est quaedam tristitia vel cum tristitia propter hoc quod omne nolitum vel refutatum ab appetitu generatum est tristitiae cum apparuerit praesens vel affuturum etiam si solum dubitatione apparuerit. Et ego puto quod timor non sit formaliter illa tristitia sed fundatur super eam. Oportet enim primo apprehendere malum ut affuturum quod iam efficit quandam tristitiam et sequitur appetitus fugiendi qui ut puto est formaliter timor quod apparet per hoc. Postea dicit Aristoteles ad timorem requirit spem salutis unde ex toto desperantes salutem non timent et dum decapitantur, ut dicit Aristoteles 79, et tamen plurimum tristantur. Et hoc est, quia totalis desperatio salutis tollit appetitum fugiendi cum non amplius apprehenditur fuge potestas. Sic igitur ista descriptio non esset secundum praedicationem formalem sed

78 Rhet Arist {}; AL 231.9-10: Sit itaque timor tristitia quaedam vel turbatio ex fantasia futuri mali aut corruptivi aut contristativi;

79 Rhet Arist {}; AL 232.22-233.10: Necessae igitur timere existimantes aliquid se passuros, et eos a quibus et haec et tunc. Non putant autem se passuros neque qui in eufortuniis magnis sunt et putantes (propter quod contumeliosi et parvipensores et audaces, faciunt autem tales diuitiae robur multitudo amicorum potestas), neque qui putant se pertulisse omnia graua et obdurati ad futurum, sicut qui decapitantur iam, sed oportet aliquam spem adesse salutis, de quo in agonia sunt. Signum autem: timor enim consiliatiuos facit, et quidem nullus consiliatur de desperatis;

concomitiuam vel materialem et sufficebat Aristotele, quia ipsa sufficit ad considerandum causas per quas rhetor potest inducere timorem Posset ergo corrigi definitio vel suppleri quod timor est appetitus fugiendi cum tristitia vel turbatione propter apparens malum futurum corruptiuum vel contristatiuum Quod autem dicit Aristoteles cum fantasia videtur pertinere ad solum timorem sensualem de quo hic principaliter intendit Et si debeat pertinere ad omnem timorem tunc per fantasiam intelligimus quamlibet apparentiam Illa autem clausula corruptiui aut contristatiui forte ponitur ad differentiam mali culpe cuius modi sunt opera uitiosa quae multi non timent incurrere sed solum timent malum poene Sed forte si non timent incurrere malum culpe hoc est, quia non apprehendunt ipsum sub ratione mali Quidquid enim sub ratione mali apprehendemus timemus ipsum incurrere et illud esse contristatiuum Et si est ita quod illa clausula ponitur non ad contrahendum sed ad innuendum unde timor sit intensius, quia primo ex parente malo corruptiuo secundo ex contristatiuo Et quanto magis apparet esse corruptiuum aut contristatiuum tanto est maioris timoris illatum Potest ergo dici quod est bona definitio, quia ex pluribus capitur secundum nominis timoris per suum genus quod est tamquam forma Cum dicitur appetitus capiendum appetitum non pro potentia appetitus sed pro actu eius sed per differentias acceptas ex actu ad quem natura inclinatur quae est tamquam finis Cum dicitur fugiendi ex acceptas ex definitione prima et fundamentale quae ponitur loco materie Cum dicitur cum tristitia vel cum turbatione et acceptas ex obiecto proprio assecutiui timori scilicet cum dicitur propter apparens malum futurum Omnes rationes apparunt solute ex dictis nisi ista quae dicit bonos uiros timere Deum quem tamen sciunt non esse malum et quod dicunt quod non timent tamquam mala facturum sed sic, quia dubitant eum offendere per defectuosas operationes quod apprehendunt tamquam pessimum et quod nolunt omnino et abhorrent

#<II.25> E 173va-174ra; L 370rv <ad Rhet Arist 1382a25; AL 231.13-1580>

Utrum omnes timeant mortem vel etiam debeant timere eam.

Quod sic, quia quodcumque malum incurrere debemus timere Mors autem est mala

Item, illud timetur propter quod homines saepe turpiter fugiunt de bello Propter quod negant aliquando parentes aut dominum Propter quod quodcumque proieciunt merces in mare

Item, ULTIMUM TERRIBILIMUM MORS (3 Ethicorum) Tale autem est timendum

Oppositum dicit Aristoteles 'sciunt omnes quod morientur, sed quia non prope, nihil curant'⁸¹ Et quia ausibile non est timendum Periculosa autem longe entis sunt ausibilia Cuiusmodi est mors ergo non est timenda

Item, Seneca in Prouerbiis STULTUM EST TIMERE QUOD EUITARI NON POTEST et mors est huiusmodi

Item, timere non debemus quod nullus iustus timet Sed Tullius De Officiis NEMO POTEST ESSE IUSTUS QUI MORTEM DOLOREM EXILIUM vel EGRITUDINEM TIMET

Dicendum quod nullo modo mortem naturalem debemus timere, quia ineuitabilis.

Secundo nullam mortem tali timore debemus timere quod ob hoc eius fugam uitium interius Et sic intendit Tullius in auctoritate illata

Tertio nullam mortem timere debemus tali timore sensuali quod ex motu corporis appareat aliquod indicens vel quod perturbatio tangat usum rationis Fortis enim sic non timet sed timidus ut patet 3 Ethicorum.

Quarto dico quod homines et bestie in pluribus timent mortem uiolentam in iuuentute Propter quod fugiunt si possunt ut expertum est neque uirum, quia hoc est nostre uite ultimum terribile

80 Rhet Arist 1382a25; AL 231.13-14: Que enim longe valde non timentur; sciunt enim omnes quod morientur, sed quia non prope, nichil curant.

81 Rhet Arist {}; AL 231.14-15

Quinto dico quod talem mortem non debet timere si sic spes euitando modo honesto, quia sic timerent iusti et refugerent ad possibile Mala enim est et ideo fugienda Modo id fugere quod dubitamus affuturum est timeri licet non sit aliquando sine perturbatione.

Rationes procedunt E 174ra viis suis.

Vide ordinem in finem quaestionis ipsius.

#<Il.26> E 174ra-174vb; L 370v-372r <ad Rhet Arist {}>; AL 231.22>

Utrum virtus sit timenda.

Quod non, quia nullum bonum et semper benivolum et beneficium est timendum.

Oppositum arguit Aristoteles. Virtus calumpniam passa habens potentiam⁸² est timenda et quia Deus timetur

Dicendum quod timere debemus uirtutem idest uirtuosos timore filiali seu caritatiuo de quo ante locutum est quo timemus dominum aut patrem aut parentem et bonum Sed timore seruili quo timemus uolentem nobis maledicere vel eum qui apparet esse talis

Dicendum quod nullus bonus debet timere uirtutem secundum se, quia sic est omnibus beneficia De malis autem utrum debeant sic timere uirtutem dubitandum est. Dicunt enim quidam quod mali timent eam cum habent potentiam iudicalem propter hoc quod ipse nititur eos corrumpere quod ipse timet Et hoc solum intendit Aristoteles. Et haec conclusio concedenda est, quia experta Sed dicunt quod secundum rectam rationem non deberent eam timere, quia unde sicut est simpliciter etiam puniendo eos lus autem secundum rectam rationem deberent uelle omne bonum opus Quod autem aliquis uult non timet hoc Et quod debet uelle non debet timere

Item, si mali timeant uirtutem hoc est in quantum est correctiua ipsorum Sed sic non debent eam timere sed, quia bonum suum non debent timere Malis autem bona est sua correctio CORRECTIO ENIM ET CASTIGATIO EST GRATIA CASTIGATI UT EFFICIATUR MELIOR ut dicitur primo huius Immo sicut dicit Seneca SI PRUDENS ET IUSTUS DAMNAT ALIQUEM MORTE IMPIUM HOC ADHUC EST AD BONUM IPSIUS UIDELICET UT AMPLIUS NIHIL MALE AGAT

Item, omne quod malus operatur propter suam malitiam ipse deberet oppositum operari Sed malus propter suam malitiam timet uirtutem ergo deberet eam non timere Minor apparet, quia si esset bonus non timeret Et si timet hoc est ratione sue malitie

Item, Seneca ad Serenum HUNC AFFECTUM ADUERSUS PRAUOS HABET SAPIENS QUAM ADUESUS EGROS SUOS MEDICUS NULLUS AUTEM EGRUM DEBET TIMERE SUUM MEDICUM SED POTIUS AMPLEXARE EUM DELECTABILITER ET QUAM AUXILIATORUM ET SALUTAREM ergo etc. Alii dicunt quod mali interdum secundum rectam rationem si haberent eam deberent timere uirtutem habentem potentiam iudicalem de quo nunc loquitur Uerbi gratia ponatur casus quod malus fecit multa ex quibus secundum leges positas debeat mori et ita appareat obstinatus quod uiuere bono modo et iusto Non appareat quod mors sibi debeat indulgeri Ponamus tamen quod redigeret ad mentem bonam uolens omnia benefacere et de malis suis penitere Putandum quod simpliciter nullus esset sibi uiuere ut operaretur multa bona et peniteret de malis praeteritiis quam statim mori Ille autem recta ratione debet timere imminens illa tantum mortis cui melius esset uiuere quam mori Et tamen illa virtus habens potentiam et sibi illatiuam mortis Ergo iste debet eam timere et refugere eam si potest Et hoc ego credo Si tamen non uellet penitere de peccatis sed in malitia perseuerare melius simpliciter esset sibi mori quam uiuere Et sic si tamen hoc supposito ipse haberet rectam rationem ipse non deberet timere uirtutem occidentem eum sed appetere sicut probabant rationes facte Et quia malus deberet penitere de suis factis et uelle in posterum benefacere et uellet uiuere ut benefaceret ideo uidetur quod simpliciter et absoluto timore dicendum sic quod ipse (?) dicto casu Immo forte simpliciter sine casu deberet timere uirtutem et hoc puto esset concedendum

⁸² Rhet Arist {}>; AL 231.23

Dicendum est ergo ad primam rationem opinionis praecedentis quod quilibet debet uelle operationem quae est simpliciter bona et sibi bona Sed correctio specialiter mortifera non est correctio bona Sed correctio non est sibi bona nisi in sensu vel sic in malitia perseuerare quod ipse non deberet. Sed aliqui replicant quod operatio uirtutis debet esse aliquaque bona

Solutio: uerum est nisi sit alicui mala propter inuersibilem ignorantiam facientis qui non poterat scire an iste bene faceret in futuro vel dicendum quod est tamquamque bona quantum est de se bona honestatis, quia nulla est culpabilis nisi hoc fuit ex eius culpa sed possibile est quod sit aliquibus dampnosa

Ad aliam dicitur quod castigatio vel correctio vel punitio aut quocumque nomine uocetur per mortis illationem non esset bona malo nisi ratione qua uellet in malitia perseuerare sicut dixi.

Ad aliam patet quod malus non deberet uirtutem timere propter malitiam suam finaliter sed propter opera uirtutum futura Nec deberet timere uirtutem propter malum iudicium scilicet illi a malitia secundum per bonum sed solum a malitia praeterita esset occasio timendi non tam principalis sicut immunditia est causa quod tu lauas manus tuas.

Solve bene istam rationem, et uide bene quomodo malitia est in causa, quia si non fuisset ipse non timeret.

Ad aliam dicendum quod si eger sciret quod deberet sanari sine operatione immediate et uideretur quod medicus per ignorantiam inuersibilem uellet sibi abscindere membra quod putaret putridum ipse deberet ipsum timere et refugere Sed, quia hoc non potest scire eger nec est in sua potestate se sanare sicut est in potestate uirtuosi facere bonum

Credo quod ultimus sit dicendum quod aliquo casu non solum mali sed etiam boni debent timere uirtutem ut si malitia sit Et factum modo fuerant accusati et habuerant contra se testes falsos ex quibus propter inuersibilem ignorantiam appareat iudici iusto quod illi debeant morte damnari rationabile enim est Tunc si illi accusati hoc scirent quod timerent iudicem et refugerent eum si honeste possent hoc est timere uirtutem non per se sed per accidens in quantum accidit eam decipi per malitiam et inuersibilem ignorantiam.

Ista quaestio immediate debet poni antequam fiat sermo 'De malis'. Et debet dici in fine quaestionis, quod ex dictis apparet quomodo procedantur principalia argumenta. Sequitur quaestio

#<II.27> E 174vb-175rb; L 372r <ad Rhet Arist 1383a5; AL 233.4-583>

Utrum timor exigit aliquam spem salutis.

Quod non, quia spes salutis fit per auxilia apparentia Ista autem sunt factiua audacie Ergo non apparentia auxiliorum per quam fit desperatio est factiua timoris Et confirmatur per dictum Aristoteles quod tunc fit audacia cum sit factiua et spes salutarium Ergo cum audacia sit contraria timoris tunc fit timor cum non sit fantasia sed desperatio salutarium Et quia dicit Aristoteles: 'istos esse timendos contra quos non sunt auxilia' Ad tales autem solum desperatur

Oppositum Aristoteles duplex ad hoc signum adducens Primum qui per medium decapitantur non apparent timere licet tristentur Propter quod cum omni ratione loquuntur et sine timore incedunt et collum directe sine refugio ictui supponunt Signum aliud est quod timor facit homines consiliatius et nullus consiliatur in desperatis Puto cum Aristotele quod timor exigit aliquam spem salutis vel salutis non totalem desperationem Cuius ratio est, quia timor est appetitus seu inclinatio actualis fugiendi malum imminens Desperatio autem totalis remouet inclinationem appetitus actuale Ergo si desperetur omnino fuga mali appetitus non amplius tendet in eam

Item, omne in quod appetitus tendit apprehensum est sub ratione boni Omne autem <quod> totaliter desperatur apprehenditur sub ratione impossibilis Ratio autem impossibilis tollit rationem boni

Ideo totalis desperatio tollit tendentiam in fugam mali Et ita bene dicebat Aristoteles prius quod nullus ea quae apparent sibi impossibilia de quo dicto quesitum fuit in capitulo De ira

Ad rationem potest dici quod spes non exigitur ad timorem vel audaciam tamquam factiua eorum sed tamquam dispositiones appetitus sed utriusque receptio factiua aut audacia sunt bene auxilia apparentia et potentia propria et longitas periculi quorum op ta sunt factiua timoris in appetitu disposito Per spem non enim oportet contrariorum esse subiectiue vel etiam subiectiue dispositione sint contrarie Quaeritur consequenter

#<II.28> E 175rb-175va; L 372rv <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum homines debent magis audere siue magis timere amicos aduersantes quam alios aduersantes.

Quod non, quia magis debent timere <eos> qui irascuntur eis magis cum ira sit timenda Sed amici amicos magis irascuntur si male faciant quam aliis ut prius dicebat Aristoteles ergo etc

Item, amicus contra amicum aduersantem non habet tot auxilia sicut contra alium, quia amicus nunc aduersans esset sibi in auxilium Sed illa magis debere timere et minus audere ad quam minora vel pauciora possumus habere auxilia

Oppositum Aristoteles.

Dicit enim quod OMNES AUDACES SUNT A DOMINO ADUERSANTES et iterum ADUERSANTES SI NON HABEANT POTENTIAM vel SI SUNT AMICI AUT SI FECERINT AUT BENE PASSI FUERINT

Dicendum breuiter quod amici ueri et perfecti secundum amicitiam propter honestum numquam essent sibi aduersantes Sed amici propter utile et delectabile possunt saepe sibi aduersari idest de aliquo detractari et concedere quod uterque credit debere esse suum

De istis ergo dicendum quod si ipsi maneant amici non obstante ista con[...]ntia quod ipsi non deberent se inuicem tantum timere sicut si non essent amici

Primo, quia habent communes amicos intendentes ad eorum pacificationem et repulsionem periculorum Secundo, quia tales non intendunt uiolentia sibi acquirere illud de quo intendunt sed iustitia immo nec quod per ordinarios iudices sed potius per arbitratore vel amabiles compositores Si autem fuerant amici et propter longam litem cessauerunt amicitia vel etiam uersa sunt in odium ad sic non tamen deberet se timere quantum si numquam fuissent amici, quia tales communiter habent communes amicos intendentes ad periculorum et qui tamen sciunt unum uelle alteri inferre dampnum nuntiant ei tamen, quia semper restat in appetitu uestigium amoris propter quod non ita uellet excidere se ex toto sed solum se rehabere quae credat sibi esse debita tamen, quia inhonestius esset eos ledere si ad inuicem quantum si numquam fuissent amici Omnes autem ratione utentes timent aliqualiter incurrere inhonestum

Ad primam rationem dictum fuit prius quod ista maior ita fiebat ad falsos amicos cum appareunt fuisse ficti et decipisse.

Ad aliam patet quod si unum dirimitur auxilium ita et alteri ideo conclusio ad hoc redit equalitas et alia quae directe similiter faciunt quod dictum est Consequenter quaeritur[...]

#<II.29> E 175va-176ra; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum aliqui sunt audaces extra quod sint inexperti.

[...]Rationes non procedunt contra istam...Quaestio debet poni immediate post quaestionem de diffinitione irae...

#<II.30> E 176ra-176rb; L 373r

Utrum nullus appetit quae apparent sibi impossibilia.

Quod immo, quia quod uolumus appetimus Sed uoluntas est impossibilium ut immortalitatis licet non electio ut dicitur 3 Ethicorum⁸⁴. Et apparet manifeste quod multi asserunt se uelle quod essent immortales

Oppositum dicit Aristoteles

Dicendum quod bene sic appetimus quae nobis apparent impossibilia quod uellemus ea esse vel nobis inesse vel omnino quae non possunt inesse uellemus non esse Sed nullus[...]appetit quae apparent sibi impossibilia appetitu inclinante in exteriorem motum fuge persecutionis Et forte ratio sub hoc est, quia nullo modo mihi frustra facit Frustra autem esset talis appetitus Sed contra, quia ar m uolitionis fecit ad impossibilia non ergo frustra fecit eum

Solutio: natura (?) fecit ar[...]m uolitionis simpliciter ad omne quod apparet nobis bonum abstractiue a potente vel impotente Et hoc non fecit frustra Sed tamen illud uellemus moueretur ad inquirendum si esset possibile nobis aut impossibile Et quod si apparet possibile inclinaremur ulterius ad perseuerandum Et si non non Et ille primus appetitus abstractiue qui ut dixi non erit frustra nec causa nequeri cum utroque oppositorum a quibus abstrahebat Sed aliter frustra sequeretur donec appareret perfectus Et hoc dictum est in 3 Ethicorum QUOD ELECTIO INPOSSIBILIUM NON EST Et ob hoc et <iam> dicitur hic quod IRA NON EST SINE SPE UINDICTE et dicitur post TIMOR EXIGIT SPEM ALIQUEM ADESSE SALUTIS

#<II.31> E 176rb-176vb; L <ad Rhet Arist 1383b15; AL 234.14-1685>

Utrum bene describitur erubescencia scilicet quod 'erubescencia est tristitia quaedam et turbatio circa ea quae uidentur ferre ingloriationem malorum, aut praesentium aut factorum aut futurorum'.

Quod non sit tristitia, quia post dicit Aristoteles quod 'erubescencia est phantasia de confusione'⁸⁶. Phantasia autem non est tristitia, quia tristitia pertinet ad appetitum et phantasia non

Item, tristitia fit apud cordis et spirituum constrictionem delectatio autem apud eorum dilatationem in uerecundia autem non fit spirituum constrictio sed dilatatio usque ad exteriora ut inde facies rubescat propter quod erubescencia uocatur ergo erubescencia (non est tristitia)

Item, quod non factorum, quia erubescencia ponitur esse timor ingloriationis (4 Ethicorum). Timor autem est respectu malorum futurorum, non praeteritorum.

Oppositum Aristoteles.

Quidam dicunt quod erubescencia est quaedam species timoris potentia namque timoris est respectu mali corruptiui aut contristatiui tristitia totius et dicunt quod de illa specie determinatum est in priori capitulo Alia species est respectu ingloriationis vel respectu mali ex quo fertur ingloriatio Sed forte quod melius sit dicere quod uerecundia non sit timor, quia uidemus pueros qui et quamuis timeant ingloriationem a parentibus quando male fecerunt tamen non apparet in eis motus uerecundie donec fuerint in eorum praesentia +uel eorum+ ubi non solum timent ingloriationem sed phantasiam habent praesentis ingloriationis Ideo dicitur post quod in oculis est uerecundia Et forte etiam quod erubescencia non est formaliter tristitia sed concomitatiue propter hoc quod omne malum sub ratione mali praesentis apprehensum est tristitiae causatiuum Tristitia enim motum uidetur habere diuersum a motu uerecundie sicut arguebatur, quia tamen eiusdem motus sunt turbatio appetitus ex phantasia ingloriationis (que est formaliter ipsa uerecundia) et tristitia ex apprehensione eius sub ratione mali praesentis et timor ex phantasia eius sub ratione mali futuri ideo non curans Aristoteles in moralibus nisi de moribus uocauit hic

⁸⁴ Arist EN 3.4.4 (AL 414.14-16): Sed neque uoluntas, quamuis propinqua esse uideatur. Electio quidem non est impossibilium, et si quis dicat eligi uidebitur utique insipiens esse; uoluntas autem est impossibilium, puta immortalitatis.

⁸⁵ Rhet Arist {}; AL 234.14-16: Sit itaque erubescencia tristitia quedam et turbatio circa ea que uidentur ferre in ingloriationem malorum, aut presentium aut factorum aut futurorum

⁸⁶ Rhet Arist {}; AL 235.28: Quoniam autem de confusione fantasia est erubescencia

uerecundiam tristitiam et 4 Ethicorum timorem ingloriationis Dicerem ergo breuiter sicut dixi de ira et de timore quod descriptio est bona quantum pertinet ad rhetoricam si sic intelligatur quod erubescencia siue uerecundia est turbatio appetitus cum tristitia propter apparentem ingloriationem circa ea mala quae uidentur ferre ingloriationem siue sint praesentia siue praeterita siue futura Ponitur enim turbatio tamquam genus et causa formalis et appetitus tamquam subiectum et causa materialis et cum tristitia ponitur tamquam dispositio appetitus ad uerecundiam <qui enim de ingloriatione tamquam de malo quodam non tristaretur quasi non curans de gloria ipse non moueretur motu uerecundie> et ponitur propter apparentem ingloriationem tamquam obiectum et causa efficiens et ponitur circa ea mala etc tamquam obiectum remotum et ponitur praesentium factorum aut futurorum non ad specificandum sed ad ostendendum quod circa haec omnia fit uerecundia propter hoc quod homo ingloriari debet siue fecerit aliquod turpe siue faciat siue appareat quod facere intendat quod hoc forte non est de necessitate (?) descriptionis sed ad manifestandum quod dictum est.

Ad primam rationem dicendum est quod erubescencia non est phantasia sed quod apud phantasiam id est apparentia de confusione id est de <in>gloriatione ita quod illa non sit praedicatio formalis.

Ad aliam Concessum est quod non est tristitia formaliter Sed quomodo est cum tristitia cum ibi uideantur motus oppositi?

Dicendum est quod si tristitia esset ualde intensa non fieret motus uerecundie ut cum latrones ducerentur ad mortem Remissa autem tristitia patitur motum oppositum specialiter (?) in loco distante a corde.

Ad tertiam Si sustineretur quod esset timor diceretur quod timor ille est de ingloriatione futura propter mala praeterita praesentia vel futura Dubitatur de motu uerecundie quare uultus rubescit Respondetur quod, quia homini sunt de bonis exterioribus ideo in passionibus circa ea ordinat natura motum sanguinis et spirituum ad exteriora Uel, quia ingloriatio tamquam ueniens imaginatur primo ad fatum pertingere natura (?) autem mittit sanguinem et spiritum ad membrum passum <passum> ad confortandum (?) Sed quare ex amissione pecunie non erubescit uultus cum sit bona extrinseca? Solutio: quia tunc non imaginatur aliquid nobis ab alio euenire sed aliquid a nobis exportari vel quia pecunie imaginantur quasi bona intrinseca, quia inde habentur uite necessaria

#<II.32> E 176vb-177rb; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Quaeritur consequenter utrum laudare praesentem sit uerecundum.

Quod non, quia non est uerisimile quod omnes doctores erunt concordēs in faciendo aliquod uerecundabile sed omnes doctores consuerunt recommendare incipientes sub eis in ipsorum praesentia ergo etc

#<II.33> E 177rb; L 374v) <ad Rhet Arist 1384a20; AL 235.24-2587>

Utrum operum intemperantiae quaedam sunt uoluntaria, quaedam inuoluntaria.

Quod non, quia omnia haec opera sunt uitiosa et 'nihil inuoluntarium est peccatum' (3 Ethicorum) Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod ab intemperantia sunt aliqua quandoque pure uoluntaria quandoque autem mixta ex uoluntario et aliquo inuoluntario sicut mulier cui placet actus Uenericus propter delectationem quem tamen abhorret propter ingloriationem Si autem actus pure inuoluntarius non spectaret ad intemperantiam prout est inuoluntarium capitur ut opponitur puro uoluntario Actus intemperantiae potest esse ita uoluntarium sed inuoluntarium ut opponitur uoluntario communiter dictum ad purum et mixtum excusat peccatum et cetera[...]

87 Rhet Arist {}>; AL 235.24-25: Et que quidem in intemperantiam et uoluntaria et inuoluntaria, que autem in uolentiam inuoluntaria;

#<Il.34> E 177rb-177va; L <ad Rhet Arist {}>; AL 235.25>

Utrum aliqua violenta sunt verecundabilia.

Quod non, quia 4 Ethicorum dicit Aristoteles verecundiam esse in voluntariis et quod non virtuosi non est verecundari quia numquam operabitur prava volens, si enim verecundia esset in violentis sequitur quod studiosi esset aliqua verecundia[...]

Vide...ultimam quaestionem 4 Ethicorum, et potes addere quod....adde etiam...

#<Il.35> E 177va; L <ad Rhet Arist {}>; AL 235.29-236.188>

Utrum nullus de gloria curat nisi propter glori<fi>antes.

#<Il.36> E 177vb; L <ad Rhet Arist {}>; AL 236.12-1389>

Utrum eos qui semper aderunt magis erubescunt quam alios.

[...]Et ita procedunt rationes ad partem....

#<Il.37> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL 236.24-2690>

Utrum illos magis erubescimus a quibus primo postulamus quam a quibus alias postulamus.

#<Il.38> E 178rb-178vb; L 375v-376v <ad Rhet Arist 1385a16; AL 238.4-791>

Utrum gratia bene describitur, scilicet: 'gratia est secundum quam dicitur habens gratiam subvenire indigenti non pro aliquo, neque ut aliud sibi subvenienti, sed ut illi aliquid'.

Quod non, quia ille habet gratiam qui eam recipit Sed indigens recipit gratiam a benefactori igitur non qui subueniebat sed cui subueniebatur habet gratiam

Item, nihil aliud videtur significare quod homo habeat gratiam alicuius nisi quod ipse sit in gratia ipsius Hiis enim uerbis utimur sinonime et iterum esse in gratia alicuius idem videtur significare quod esse interiore et beniuolentia ipsius idest amari ab eo sed non solum subueniens amatur a beneficiato Immo etiam magis beneficiatus a benefactore (9 Ethicorum) Ergo non solum subuenientis est habere gratiam beneficianti sed econuerso

Item, videtur quod male dicitur indigenti, quia omnis faciens gratiam potest gratiam recipere et omnis recipiens facere aliter non esset uerum quod facienti gratiam oportet gratiam referre Felix aut nullo modo indigens potest indigenti facere gratiam ergo et ab eo gratiam potest recipere et ita uterque habebit gratiam siue habere gratiam significet fecisse siue significet recipisse

Item, male dicitur non pro aliquo, quia omnis efficiens debet ordinari in finem

Item, illa clausula neque ut aliud sibi subvenienti videtur superfluere cum dictum non pro aliquo.

Item, illa clausula SED UT ILLI ALIQUID videtur contradicere illi clausule NON PRO ALIQUO

88 AL .235.29-236.1: nullus enim de gloria curat nisi propter glorificantes

89 Rhet Arist {}>; AL 236.12-13: et propter hoc eos qui semper aderunt magis erubescunt et eos qui attendunt ad ipsos, propterea quod in oculis utrumque.

90 Rhet Arist {}>; AL 236.24-26: propter quod et eos a quibus primo aliquid postularunt erubescunt tamquam nichil umquam dignificati inter ipsos;

91 Rhet Arist {}>; AL 238.4-7: Sit itaque gratia, secundum quam dicitur habens gratiam subvenire indigenti non pro aliquo, neque ut aliquid sibi subvenienti, sed ut illi aliquid;

Oppositum Aristoteles et quia uerum beneficium populo dicimus communiter habere gratiam populi.

Vide ordinem in fine quaestionis.

Videtur me quod hoc nomine gratiam utimur multipliciter Uno modo idem videtur quod beneficium siue impensum siue relatum seu quodcumque bonum alteri gratis factum Et ita dicimus pro gratia accepta gratiam est uerecundam et dicimus beneficiatum recipisse gratiam et beneficentem fecisse Alio modo nomen gratia res tur ad beneficium indigenti impensum et ita si diues dedit diuiti aliquid iocale (?) non dicimus eum illi fecisse gratiam sed donum amicabile dedisse ei ergo non utimur proprie nomine grece (?) in hoc sermone sicut capiando gratiam pro beneficio Alio modo gratia accipitur pro amore ut oportet illum qui est in amore idest beneuolentia alterius dicimus esse in gratia illius et sic secundum consuetum modum loquendi dicimus amatum esse in gratia amantis et econuerso et amatum habere gratiam amantis eo enim ipso quod tu amas aliquem vel reputas amabile tu dicis illum bene habere gratiam tuam Aliquando etiam econuerso dicimus amantes habere bene gratiam suam ad amatum Primus autem modus loquendi est sicut dicimus honoratum habere honorem si, quia honor est ad ipsum et non, quia sit in eo Secundus autem modus est aliter si dicimus honoratem habere honorem ad honoratum Primum autem istorum modorum loquendi habet Aristoteles in ista descriptione Alio modo nomen grece acceptum pro amore re gitur ad amorem qui est ratione beneficii recepti et specialiter indigenti Sic enim proprissime utitur nomine grece pro amore et ita describitur hic ab Aristotele gratia Et nota quod illa clausula NON PRO ALIQUO debet intelligi non quod omnis finis admoveatur sed quod auferatur solum omnis intentio proprie uoluntatis aut solutionis debiti et huiusmodi igitur quod in subueniendo solum intendat sibi bonum honestum et indigenti utilitatem et ideo ad illam clausulam exponenda et modificanda apponuntur frequentes clausule scilicet NEQUE UT ALIQUID SIBI SUBUENIENTI SED ILLI ALIQUID idest non ut aliqua utilitas proueniat ipsi subuenienti praeter bonum uirtutis sed illi aliquid et hoc est, quia gratia dicitur gratis quasi exigens quod subuentio sit gratis facta

Iterum nota quod amor ille interior qui realiter est gratia est manifestus Propter quod saepe nescimus si homo sit gratus aut ingratus nec si beneficiens habuerit gratiam beneficienti quam debet habere vel non Sed ille actus exterior subueniendi indigens est manifestus Rhetor autem persuasiones non debet sumere ex occultis sed ex manifestis ideo Aristoteles in hac descriptione non expressit illum actum amoris qui est realiter ipsa gratia sed solum expressit actum exteriorem Propter quod tendit ad honorem amor ille qui dicitur gratia Et ita patet quod descriptio est bona quantum spectat ad rhetoricum qui cum si suppleatur et talis gratia est amor conclusio (?) quaestionis (?), quia subuenit indigenti illius gratia amatur ab illo.

Ordo apparet satis quo modo rationes procedunt.

Praedicta possunt sic ordinari quod gratia aliquando accipitur pro beneficio aliquando pro amore et utrobique communiter et proprie et tunc persequere membra. Et forte potest dici, quod describitur hic gratia pro beneficio pro gratia pro amore et exponitur sic gratia est beneficium secundum quod aliquis dicitur subuenire indigenti etc. Propter quod dicitur HABENS GRATIAM idest amorem eius cui subuenit. Sequitur quaestio[...]

#<II.39> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum in retributione acceptorum debeat esse gratia.

#<II.40> E 179rb; L 376v <ad Rhet Arist 1385b15; AL 239.5-8>

Utrum descriptio misericordie sit bona, in qua dicitur: 'misericordia sit tristitia super apparenti malo eorum corruptivo aut contristativo eius qui indignus est sortiri, quod sive ipse expectet se passurum sive aliquem suorum, et horum cum prope videatur'⁹².

Quod non, quia tunc non haberet locum misericordie cum neque tristetur neque expectet se passurum malum

Item, misericordia aliquando dirimit de negatione iustitie ita scilicet quod per eam iudex vel princeps indulget vel dimittit poenam quam posset alicui iuste influere et hoc fit aliquando licet ille princeps non expectet se passurus illud malum Et illa clausula male ponitur quae dicit quod SIUE EXSPECTET etc Et illa clausula etiam male ponitur quae dicit EIUS QUI INDIGNUS EST SORTIRI quantum in casu posito ille cuius princeps miseretur est dignus sortiri malum ex quo iudex posset ei iuste malum infligere

Oppositum Aristoteles.

Dicendum breuiter quod misericordia aliquando accipitur pro passione appetitus et diffinitur hic Alio modo accipitur pro actu uoluntatis inclinante ad extra ad quod inclinaret misericordia et sic est in Deo Sunt autem opera ad quae misericordia inclinatur consolari desolatos visitare infirmos cibare esurientes uestire nudos et succurre indigentibus et patientes vel passuros a peius suis et tristitiis liberale Ad hoc enim inclinatur tristitia quam habemus de malis quae homines patiuntur Et ad eadem inclinatur actus uoluntatis quo sine sensuali passione uellemus homines non pati mala vel quo uellemus homines pati mala vel non tanta ideo talis actus uoluntatis aut habitus ad talem actum inclinans uidetur aliquando misericordia et igitur misericordia locum habet in Deo et est aliquando multa in homine uirtuoso siue motu multo sensitiui appetitus

Iterum sciendum quod si quis aliquod malum sustineat possibile est quod iudicamus ipsum omnino dignum esse sustinere talem malum vel non indignum vel aliquo modo indignum Si iudicamus ipsum non dignum pati tali passione tunc sine dubio uolumus ita esse et de hoc nullo modo tristamur nisi hoc sit propter affinitatem vel consanguinitatem aut aliam contractam animam vel forte propter lucrum nostrum aut propter aliquam aliam causam consimilem ideo non est misericordia ad talem Sed si de sua passione tristamur hoc est per aliam passionem scilicet per amorem vel affectionem lucri aut huiusmodi Si autem reputemus indignum pati ipsum omnino et ob hoc tristemur de eius passione Certum est quod omnis homo misericordiam Si autem putemus ipsum esse dignum tali passione aliquo modo scilicet propter aliqua malefacta ipsi et reputemus alio modo hoc indignum esse scilicet ad alia eius opera bona vel ad eius passionem de peccato vel huiusmodi si ob hoc scilicet illam falsam reputationem tristemur de eius passione erit misericordia Et est igitur casus ubi misericordia locum habet contra rigorem iustitie Princeps enim sic se habens ad aliquem proprio delectatum suum iuste punire cum tanta punitione remittit tamen intendens sibi ad aliam partem Nec ex hoc concludi potest quod misericordia sit in hoc casu mala, quia et licet non sit peccatum tenere rigorem iustitie cum non ob hoc etiam est peccatum tali aliquod de rigore obmittere specialiter ubi peccare expecto non nisi remittenti obligabatur, quia licet non sit peccatum repetere (?) quod suum est tamen non est peccatum etiam illud dare Ex hiis ergo bene potest quod illa clausula QUI INDIGNUS EST SORTIRI bene reponitur residuum aut quod sequitur si quod SIUE EXSPECTET SE PASSURUM etc non apponitur tamquam essentielle et ipsi misericordie sicut bene arguitur sed tamquam augmentatum Hoc enim disponit ad magis et intensius misereri ut notum est de se Hiis autem dictis patet satis quod illa descriptio est bona quantum spectat ad rhetoricum Et patet etiam quo modo rationes procedant Sequitur quaestio[...]

#<II.41> E 179vb; L 377v <ad Rhet Arist {}>; AL 239.1393>

Utrum superfelices sunt miseraturi.

⁹² Rhet Arist {}>; AL 239.5-8: Sit itaque misericordia tristitia quedam super apparenti malo corruptivo vel contristativo eius qui indignus est sortiri, quod sive ipse expectet se passurum sive aliquem suorum, et horum cum prope videatur;

⁹³ Rhet Arist {}>; AL 239.13: neque qui super felices esse putant

Videtur quod sic, quia tales communiter sunt senes et eruditi. Iuvenes autem non sunt felices, quia non prudentes nec eruditi propter inexperientiam; sed senes et eruditi sunt miseraturi, ut dicit Aristoteles. Item, misericordia vel videtur esse virtus vel ad virtutem pertinere, sed talia conveniunt super felicibus.

Oppositum Aristoteles.

Dicendum quod felicitas proprie consistit in actu sapientiae vel prudentiae et virtutum moralium, sed[...] alio modo causatur felicitas vulgariter pro bona fortuna, si superhabundantia bonorum corporis et exterior.

Primo modo si ... sunt miseraturi || ... || misericordia, quae est actus voluntatis quo volumus non pati eum, qui non est dignus pati et quo inclinamur ad se subveniendum sicut oportet, quia hoc pertinet ad virtutem, cum non sunt multum miseraturi, sed passione sensus quia se dati sunt in eis impetus passionum.

Dicendum etiam quod superfelices vulgariter idest habundantes in divitiis et honoribus non sunt communiter multum miseraturi, quia non sustinerent mala tristabilia nec expectant sustinere ea iam non multum reputant ea. Et sic appareunt quomodo procedunt rationes.

Sed cum contra causam assignatam dicere[...] quia se non reputant misericordia est E finis causa eius quod est non esse miserativos; tunc sequitur quod reputare mala est causa eius quod est esse miserativos, sed hoc est falsum, quia valde timentes non sunt miseraturi, ut dicit Aristoteles, et cum ex hoc valde timere mala, quia valde reputant ea. Secundo modo non[...]reputatio, si oportet ad malum illud intendere quod iste patitur eius debemus miseraturi. Valde autem timentes non[...] ad se ipsos intendunt, et ob hoc etiam potest dici, quod superfortunati et divites non sunt miserativi, quia parum ad alios intendunt specialiter ad pauperes et infortunatos.

#<II.42> E; L <ad Rhet Arist {}>; ?AL 240.1394>

Utrum homines miserentur super valde propinquos in familiaritate.

Quod sic, quia possibile est quod illi indigne sustineant malum corruptivum, de quo magis tristabimur quam si essent nobis minus familiares. Modo misericordia est tristitia super apparenti malo corruptivo eius, qui indignus est sortiri, ut dicit ... misericordiae, ergo etc.

Item, ex... magis miserentur quod expectant se L 378r plura(?) mala passuros et de ..., ut dicit Aristoteles, sed haec magis ... expectare, si videant illa pati familiares quam si extraneos, ergo etc.

Item, magis ... miserentur super extraneos, ergo maxime debent misereri super notissimos. Oppositum dicit Aristoteles, quod ipse videtur probare quod nullus proprius sui ipsius miseratione, sed valde familiares reputamus, ut nos ipsos, ideo etc[...]

#<II.43> E; L <ad Rhet Arist {}>; ?AL 241>

Utrum misericordia et nemesis sint invidia mali moris.

#<II.44> L 379r-380r <ad Rhet Arist {}>; <AL .241.13-21>

Utrum nemesis et invidia opponuntur misericordiae.

Quod non, quia bonus mos bono mori non opponitur; misericordia autem et nemesis sunt boni moris, ut dicit Aristoteles⁹⁵.

⁹⁴ Rhet Arist {}>; AL 240.13: Miserentur autem super notos, si non valde prope sint in familiaritate (circa hos autem velut circa se ipsos futuros habent);

Item, opposita non possunt <esse> simul in eidem existente; sed misericordia et nemesis sunt<?> in existente iusto, si iustum tristari de indigno male pass[...] L 379v sed gaudere de dignitate[...]et gaudere de digne bene[...]quod pertinet ad nemesim.

Item, si opponunt, hoc est contrarie, quod est impossibile, quia verum veri tamen est contrarium (2 Metaphysicae); et quia tristitia delectationi est contraria non tristitiae<?>; modo tamen misericordia quam nemesis vel invidia sunt omnes tristitiae, quae ergo etc.

Opositum Aristoteles, et apparet ex eo quod uterque scilicet et nemesis et invidia prohibitione sunt misericordiae, ut dicitur in littera.

Notandum est quod in passionis vel in habitibus non in operationibus possunt attendi contraries; uno modo secundum mores, alio modo secundum naturas ipsarum. Et[...]mores dicitur uno modo specialis, alio modo generalis. Generali[...]contrarium est omni mali moris omni boni moris; et ita invidia, cum sit mali moris, contraria est et nemesi et misericordiae, quia ambe sunt boni moris. Contraritate autem speciali contrariantur circa idem objectum, sicut oportet plus quam oportet et minus quam oportet. Sic enim contraria est liberalitas illiciti et prodigalitati et illicitus prodigaliti, sicut medium extremis et ut extremum extreme, ut apparet 2 Ethicorum et 10. Sic autem non contrariantur[...]misericordia, nemesis et invidia, cum non sunt? circa eandem materiam. Misericordia enim est circa indignam malam passionem; nemesis est circa indignam bonam passionem. Invidia autem <est> circa bonam passionem non ratione indignitatis, sed ex eo quod aliter videtur[...]fieri equale aut maior. Ista autem obiecta sunt disseperata vel si sit aliquo modo idem obiectum cum forte misericordia et nemesis[...]

#<Il.45> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL 243.896>

Utrum nuptie differentes i.a. magne et excellentes congruunt nuper ditatis.

#<Il.46> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL 243.24-2597>

Utrum serviles et pravi sint nemesi.

#<Il.47> E 189va-180ra(!); L 381r-382v <ad Rhet Arist 1387b20; AL 244.1-698>

Utrum descriptio invidiae sit bona, in qua dicitur: 'invidia est tristitia super bonis apparentibus'⁹⁹.

Quod non. Similes et opposita debent fieri circa idem Invidia autem non solum est ad similes nec est circa bona ipsorum sed circa mala

Item, descriptio invidiae non debet sequi ad descriptionem nemesis cum haec sit boni moris et ista mali sed sequitur tristitia de bonis indigne habitis ergo tristitia de bonis habitis

Item, ob hoc invidere aliquis videtur quod aliquando uniuersaliter sibi equiperari ut eum excellere quod displicet ei ergo male dicitur 'non ut aliquid sibi'

Item, dicit Aristoteles fere circa omnia inuidia est ergo non solum circa simile

95 AL .241.10-14: Opponitur autem ei quod est misereri maxime quidem quod vocant nemesare; id enim quod est tristari de indignis male actionibus oppositum est quodammodo et ab eodem more ei quod est de indignis bonis actionibus tristari. Et ambe passiones boni moris;

96 AL .243.8: et nuptie differentes non nuper ditatis

97 Rhet Arist {}>; AL 243.24-25: propter quod et serviles et pravi et non amatores honoris non nemesitici

98 Rhet Arist {}>; AL 244.1-6: Palamque et de quibus invident et quibus et qualiter habentes, si quidem est invidia tristitia quaedam super bona actione apparente dictorum bonorum circa similes, non ut aliquid sibi, sed propter illos; invident quidem enim tales quibus sunt aliqui similes aut videntur; similes autem dico secundum genus, secundum cognationem, secundum staturam, secundum habitum, secundum opinionem, secundum ea que existunt.

99 Rhet Arist {}>; AL 244.2-3

Oppositum Aristoteles.

Posset sustineri quod inuidia non esset formaliter idem quod tristitia, quia sicut per inuidiam tristamur de bonis proximorum ita per eam gaudemus de malis ipsorum sicut prius dicebat Aristoteles Et modo consimili sustineretur quod inuidia non est tristitia, quia sicut per ipsam tristamur de indigna passione alicuius ita per eam gaudebimus de eius digna passione bona ita etiam nemesim sustineremur non esse tristitia formaliter, quia sicut per eam tristamur de indigna bona passione alicuius ita gaudemus de eius digna mala passione sic etiam zelus non esset tristitia formaliter, quia sicut per zelum tristamur de bonis honorabilibus aliorum ex eo quod ea vel similia non habemus ita per eum gaudemus cum ea possumus nobis acquirere Videtur ergo quod tristitia et delectatio essent efficiens consequentes inuidiam misericordiam nemesim et zelum propter quod dicens: quod inuidia est tristitia non esset formalis sed exponenda quod inuidia est passio appetitus a quo prouenit tristitia etc ita quod descriptio est esse per effectum nobis notioem Sed tunc dubitaretur quare non describitur inuidia per delectabilem sicut per tristitiam tunc ipsa sit ita causa interdum delectationis sicut tristitiae Respondetur quod per delectationem appetitus quasi satiatur et quietatur me per tristitiam uero appetitus turbatur et inquietatur et de certo magis impediamur ad operandum exterius scilicet vel ad iuuandum vel ad nocendum per tristitiam quam per delectationem Uerbi gratia misericors si uideat aliquem digne bene pati et nihil (?) indigne male pati ipse delectatus et quasi satiatus non movetur aliquid ob hoc agendum esse et modo consimili de inuido si uideat proximum male pati Misericors autem tristatus et turbatus de indigna mala passione alicuius movetur ad agendum exterius circa illum et ei succurrendum et ita inuidus tristatur de bono proximi obseruat tempum ad nocendum Tamen hic Aristoteles determinaret de hiis passionibus secundum quod sunt principaliter nociuum exteriorum in iuuando vel nocendo quantum rhetor eas non intendit nisi ut per eas trahat auditorem ad iuuandum vel nocendum parti sue vel parti aduerse ideo rationabilius fuit illas partes describere per tristitiam consequentes quam per delectationes. Alii autem possunt dicere quod, quia moris consimilis sunt tristari de bonis proximorum et gauderi de malis ipsorum idcirco hiis duabus passionibus siue consequenter in morem contra apprehens inpositum fuit communiter hoc nomen inuidia non quod inuidia sed passio distincta et ad hoc, quia sicut dictum fuit dicta tristitia magis movet ad opus exterius quam dicta dilectatio ideo quando nomen inuidie restringitur ipsum accipitur solum pro ipsam tristitia et sic diffinit hic Aristoteles inuidia Dicendum <est> igitur <quod> inuidia sit passio realiter distincta ab huiusmodi delectatione et tristitia vel non uideant diligentiores perscrutatores Sufficit enim ad praesens quod sciamus qualiter descriptio inuidie debeat intellegi quecumque opinio teneatur Deinde notandum <est> sicut dicit Aristoteles quod ad ualde iratos vel secundum vel secundum tempum vel secundum etatem vel secundum statum vel huiusmodi nullus inuidet Hoc est de se manifestum et ideo huius est, quia inuidia oritur ex comparatione aliorum ad ipsum et appetitu excellendo Ob hoc enim prouerbaliter dictum est quod comperationes sunt odiose Nullus enim curat ualde extraneos sibi comperare ideo ad ipsos non est inuidia cum autem aspiciamus ad eos qui ualde nos excedunt desperantes posse ad tantam excellentiam prouenire dimittimus illam comparisonem propter quod etiam ad tales non est inuidia cum autem miseros aspiciamus vel magnum reputamus eos excellere propter quod de eis non curamus Unde dici solet quod hoc solum bonum habet miseria quod non est ad ipsam inuidia propter hoc igitur ut dictum est in descriptione circa similes Ultimo notandum est quod aliquis potest tristari de bono alterius Uno modo quod tristitia feratur directe super hoc quod non habemus tale bonum et non super hoc quod ille habet illud bonum et sic non est inuidia sed zelus Alio modo econuerso et hoc multipliciter Uno modo tristamur de hoc quod ille habet tale bonum ex eo quod credimus ipsum indignum tali bono et sic est nemesis et non inuidia Alio modo quod timemus ne ille possit nobis nocere potens efficiens et huiusmodi

Iterum ut spectat ad nemesim sicut dicit Aristoteles nec ad inuidiam sed ad timorem Alio modo non, quia reputemus eum indignum nec, quia putamus eum debere nobis nocere sed eo solo quod uellemus ipsum non habere tale bonum ne fieret nobis per alia maior et sic est inuidia et hoc notauit Aristoteles cum dixit: 'non ut aliquid sibi sed propter illos' et non quia credimus tales posse vel uelle nobis nocere sed propter

illos idest, quia uellemus eos esse sine excellentia Ex hiis autem apparet satis quod definitio inuidie sit bonum ad rhetoricum.

Ad primam rationem dictum fuit prius de opinione nemesis et misericordie et inuidie ad inuicem.

Ad aliam dicendam est quod descriptio nemesis et inuidie excludunt se inuicem, quia una est tristitia de bono alterius propter indigentem ita quod gaudent si esset dignus Alia autem non propter indigentem sed, quia uellet illum nec habere bonum nec esse dignum bono.

Ad tertiam dicendum quod per illam clausulam NON UT ALIUD SIBI NON intendit Aristoteles excludere omnes habitudines ad ipsum sed timorem nocenti vel specie utilitatis non ergo uult excludere quando tristetur de hoc quod aliter fieret equalis sibi aut maior.

Ad quartam dicendum quod dicit circa omnia bona humana et non dicit circa omnes homines et dicit fere, quia paupertas cum patientia est quoddam bonum de quo tamen non est inuidia[...]

#<II.48> E; L <ad Rhet Arist 1387b30; AL 244.10-11100>

Utrum maxime sint inuidiosi qui honorantur in sapientia et felicitate.

[...]Rationes procedunt viis suis.

#<II.49> E; L <ad Rhet Arist 1387b35; AL 244.14-15101>

Utrum pussilanimas sunt inuidiosi.

[...]

#<II.50> E 181ra-181va; L 383rv <ad Rhet Arist 1388a30; AL 245.17-20102>

Utrum descriptio zeli sit bona in qua dicitur: 'zelus est tristitia quedam super apparenti presentia bonorum honorabilium et contingentium sibi accipere propter similes natura, non quia alii, sed quia non entia etiam sibi sunt'.

Quod non, quia zelus, ut dicit Aristoteles, est boni moris. Est enim epicicles sed nullo modo videtur esse boni moris tristari de bonis honorabilibus alterius

Item, zelus secundum grecos non sumitur nisi pro amore vel pro inuidia vel pro imitatione sed nullum istorum bene describitur illa descriptione

Oppositum Aristoteles.

Sciendum est quod zelus est nomen grecum vel a grecis sumptum et eius propria apud grecos magnam habet conuenientiam cum inuidia Conueniunt enim, quia utraque super bonis apparentibus aliorum <sunt> propter quam similitudinem latini usi fuerunt aliquando nomine zeli pro nomine inuidie Differunt tamen zelus et inuidia, quia proprie sumendo nomen zeli, quia inuidus tristatur directe ad hoc quod talia insunt illis zelator autem non sed de hoc quod talia bona non insunt sibi Et ideo illas differentias exprimit Aristoteles in diffinitionibus inuidie et zeli pro nomine amoris desiderat et amat alia bona Et iterum, quia desiderans bona honorabilia sibi inesse generalia uidelicet in aliis inesse nititur ex illo desiderio imitari illos inhonestis operibus ideo latini imitatore aliorum uocauerunt zelatorem et usi sunt nomine zeli pro nomine imitationis Et sic apparet quod nulla illarum significationum apud latinos est completa et perfecta

100 Rhet Arist {}; AL 244.10-11: Et qui honorantur in aliquo differenter, et maxime in sapientia aut felicitate.

101 Rhet Arist {}; AL 244.14-15: Et pusillanimes; omnia enim magna videntur ipsis esse. De quibus autem invident, bona quidem dicta sunt;

102 Rhet Arist {}; AL 245.17-20: si enim est zelus tristitia quedam super apparenti presentia bonorum honorabilia et contingentium sibi accipere preter similes natura, non quia alii, sed quia non etiam sibi sunt

significatio zeli sed accepte sunt ex similitudine et participatione quadam ad eius significationem completam

Iterum etiam differunt zelus et inuidia, quia inuidia est de quibuscumque bonis siue honoribus siue uirtutibus siue delectabilibus Zelus autem principaliter non est nisi de bonis honorabilibus et si sit de aliis hoc est ut ordinatur ad honorabilia aliter zelus non esset boni moris immo esset magis quaedam praua cupiditas vel concupiscentia et ideo ponitur in descriptione zeli BONORUM HONORABILIUM Et iterum, quia dictum est quod zelator nititur imitari illum ad quem zelari in aquirendo sibi talia bona honorabilia Ad hoc non nititur si non appeteret sibi quod illa bona essent impossibilia sibi inesset et ideo ponitur in descriptione illa clausula ET CONTINGENTIUM SIBI ACCIPERE

Iterum differunt zelus et inuidia, quia inuidia non est contraiter (?) nisi ad similes et equales vel quasi Zelus autem est ad maiores in honore et excellentia <et> non ad similes ut apparuit Zelus est eius qui caret bonis aliquibus honoribus ad illos qui talia bona habent et ad hoc immediatum posita est illa clausula PROPTER SIMILES NATURA. Verum est quod aliquis textus habet 'circa similies natura', quod etiam potest deduci ad bonum intellectum distinguendo inter similes natura et similes in bonis honoribus Cuiusmodi sunt principaliter uirtutes et opera uirtutum et officia ciuilia vel per uirtutes obtenta et deducta Similes ergo natura uocant similes in potentiis corporalibus in nobilitate et potentia amicorum et omnino qui propter tales similitudines sunt innati obtinere in ciuitatibus homines consimiles Si enim sint aliqui tales quorum unus alterum excedit in bonis honoribus rationabile est inferiorem zelare ad superiorem et tendere ad ipsius imitationem sed si non sint sic similes natura ita quod inferior non sit natus optinere bona honorabilia qualia optinet superior tunc non est zelus illius ad illam Absit enim quod ignorabile et pauper zelet ad principem ad optinendum principum Absit etiam quod debilis et impotens corpore zelet ad militem constitutum dictatorem exercitus Hoc enim modo sunt contingentia sibi accipere ideo zelare non debet Sic igitur apparet satis quo modo debeat exponi illa descriptio quod ipsa multum bene exprimit quid nominis zeli propter acceptum quam spectat ad rhetoricum.

Et apparet quod rationes non procedunt contra dicta[...]

#<II.51> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum diuites et nobiles sint zelatiui

#<II.52> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum zelabiles sint despectiui

#<II.53> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum iuuenes sint magnanimi et senes pussilanimaes <ad Rhet Arist {}>; AL 247.32 & Rhet Arist {}>; AL 248.28>

#<II.54> E; L <ad Rhet Arist {}>; AL>

Utrum iuuenes circa omnia peccant in magis praeter edulium

#<II.55> E 184va; L 387v <ad Rhet Arist 1389b30; AL 249.5103)

Utrum senes magis amant uiuere quam iuuenes.

103 Rhet Arist {}>; AL 249.5: Et amantes vivere

Videtur quod non, quia uita iuuenum est naturaliter maior et perfectior quam uita senium Est enim uita senium breuis et non est nisi labor et dolor sed bonum quanto est maius et perfectius tanto est amabilius ergo rationabile est quod iuuenes magis amant uiuere

Item, magis amat uiuere qui plus odit mortem Sed senex minus debet odire mortem quando illa parum aufert sibi de tempore iuueni autem multum Et cum hoc quod mors aufert seni uitam pronam non aufert ei nisi uitam tristem et laboriosam Iuueni autem aufert uitam delectabilem et iocundam et cum hoc mors est naturalis seni et est innaturalis iuueni. Nihil autem naturale est aequae odiendum, sicut innaturale et violentum.

Oppositum dicit Aristoteles.

Credo quod secundum rectum iudicium rationis senes minus amant vivere quam iuuenes cum propter rationes factas tum, quia senes modicum aut nihil possunt perficere neque sibi neque aliis Nam propter animam indigere corporis tunc sicut corpus in senectute declinat a perfectione et ita licet non ita cito ut dicit Aristoteles Nam sicut dicit corpus non manet in statu nisi usque ad 35 annos anima autem ad 70 Dico tamen quod ut in pluribus senes magis amant uiuere quam iuuenes propter hoc quod utuntur perfecta ratione sed ad pauca vel ad alieua aspicientes iudicant contrarie recte rationi Consequenter enim minus appreciamus quae habemus in habundantia quam quae nobis deficiant propter hoc quod priuatio acuit appetitum Unde plus pendeat pauper quam diues liberam Iuuenes autem uitam habet in habundantia propter quod minus eam reputat Et iterum cogitantes sepius de aliquo bono magis diligimus ipsum et cogitantes sepius de aliquo malo magis ipsum odimus Senes autem semper habent mortem prae oculis, quia proprie uident eam et continue sentiunt dolores et defectus praenuntiantes eam Iuuenes autem nihil cogitant de ea, quia longe reputant eam unde secundo huius sciunt quid enim quod moriuntur sed, quia non proprie nihil curant Propter hoc ergo senes ut in pluribus magis amant uiuere et magis timent mori

Rationes procedunt uis suis

Sequitur quaestio

#<II.56> E 184vb; L 388r <ad Rhet Arist 1390a10; AL 249.19104>

Utrum senes sint nugaces magis quam iuuenes.

Quod non, quia dicit Aristoteles quod tunc omnia plus peccant in magis quam senes.

Item, iuuenes sunt mobiliores et minus ratiocinanti, senes autem magis ratiocinati et tardiores ideo esse magis maturum in uerbis suis et sic minus nugaces

Item, Aristoteles dicit quod iuuenes putant se scire et omnia affirmant Senes autem nihil affirmant, quia nihil scire putant Modo omnia affirmantes magis sunt nugaces quam nihil affirmantes

Oppositum dicit Aristoteles. Iuuenes et senes possunt ad inuicem comperari vel in ordine ad tempus praeteritum scilicet quantum ad facta vel in ordine ad tempus futurum scilicet quantum ad agenda, quia igitur senes multum habent de tempore praeterito et parum de futuro ideo maxime uiuunt memoriae et ideo sunt magne spei et parum uiuunt memoriae. Dicamus ergo quod quantum ad praeterita facta senes communiter sunt nugaces Multa enim uiderunt et uiuentes memoriae delectantur recordatione istorum Ideo ad omnem propositum uolentes concordiam adducere recitant unam magnam historiam de factis suis vel de factis illorum de tempore suo Unde turbati si impediuntur uelut in talibus consumere totam diem Ita congregantur in uilla nostra rustici antiqui diebus diuinis et archirusticus in recordatione factorum antiquorum totam diem expendit Sed de faciendis senes minus loquuntur quam iuuenes, quia iuuenes ad agenda magis intendunt boni spei existentes et quantum ad haec agenda uerum est illud dictum Aristoteles quod in consiliis quoad iudicium sed hoc autem aliud sit faciendum senes nihil affirmant et nihil scire putant,

104 Rhet Arist {}; AL 249.16-20: Et uiuunt memoriae magis quam spei; uita enim quod quidem reliquum modicum, quod autem praeteritum multum, est autem spes quidem futuri, memoriae autem praeteritorum; quod quidem causa et nugacitatis ipsis; perseverant enim facta recitantes; recordantes enim delectantur.

quia per experientiam uiderunt saepe deceptos et multa negotiorum suorum male et praeter opinionem contingere Propter quod omne dubitatio sententiat conclusionem (?) tamen non obstante ipsi saepe nugaces sunt in consiliis quoad plurimorum gestorum recitationem In sententiando autem iuuenes cito affirmant et statim nam putant scire ex modicula apparentia, quia non sunt experti quanto deceptatores contingunt in factis humanis Ad pauca enim propter inexperientiam inspicientes de enuntiant Quod autem dicebatur iuuenes circa omnia precare magis debebat intellegi tunc omnia idest circa quam plurima vel circa omnia et quae (?) sua notitia se extendit[...]

#<II.57> E 185ra-185rb; L 388v <ad Rhet Arist 1390a10; AL 249.20-21105>

Utrum senes sint acutae irae.

Quod non, quia ira ex feruore caloris ac tur. Senes autem infrigidati sunt propter quod etiam ut dicit Aristoteles ipsi sunt FORMIDOLOSI ET OMNIA PRAETIMENTES timoris aut ira non compatitur ut prius dicebat Aristoteles

Item, Aristoteles dicit quod communiter mores senum moribus iuuenum sunt contrarii Et cum ipse dicit quod iuuenes sint ANIMOSI ET ACUTE IRE ergo non senes

Oppositum dicit Aristoteles.

Breuitur videtur me dicendum quod aliquis potest <esse> dupliciter acuta irae Uno modo, quia intensius irascitur alio modo, quia saepe et cito.

Primo modo iuuenes sunt acutae irae et non senes sicut arguitur bene Propter hoc Aristoteles cum dicit SENES ESSE ACUTE IRE dicit statim eos esse debiles contra ira idest remissos.

Secundo modo potest dici quod senes sunt acutae irae idest quod saepe et cito irascuntur cuius ratio est, quia senectuti annexa est tristitia naturaliter propter nature defectum Iuuentuti autem magis propria est iocunditas Tristes autem innati sunt cito et pro modica causa irasci ut apparet in isto secundo capitulo De Ira Etiam est sciendum quod quamuis iuuenes intense irascuntur cum facile irascuntur et mutabiles sunt ab ira tamen, quia non possunt propter mobilitatem et dilationem spirituum manere diu tristes, quia ueloces motus citius uenient ad terminum tamen, quia spiritum et sanguinem habent subtiles et per consequens facile receptores et debile retentores et sanguis ad istius perfectionem citius dirigitur ideo ergo cum Aristoteles dixisset: 'iuuenes esse acute ire', statim subiunxit dicens: 'et minores sunt ire'. Sunt enim, ut dicit, acutae uoluntates eorum sed non magne. Et apparet quod rationes procedunt

#<II.58> E 185rb-185vb; L 388v-389v <ad Rhet Arist 1390b10; AL 250.19-21106>

Utrum a quinquaginta annis sit animae declinatio.

Quod non, quia vel eius declinatio proueniret ex parte ipsius corporis vel ex parte ipsius animae Sed non ex parte corporis cum, quia anima non est potentia corporis vel corporea sed abstracta tum, quia eius declinatio esset cum corporis declinatione quod est falsum cum Aristoteles ponat corporis declinationem esse <a> 35 annis Nec prouenit declinatio ex parte animae eo quod anima quantum est ex parte sua est impassibilis passione corruptiua

Iterum sequitur quod virtus posset fieri cuius oppositum dicitur primo Ethicorum Consequencia patet per hoc felicitas in animae perfectione consistit quae per ipsius declinationem amitteretur

Item, sequitur quod ad cardinalitum vel ad papatum deberent eligi homines 50 annorum sed magis 30 quod est falsum, quia magis ad hoc eligi uidemus illos quam istos Consequencia patet, quia magis ad hoc eligi debent perfectiores et in perfectione durabiliores quam iam a perfectione recedentes

105 Rhet Arist {}; AL 249.20-21: Et ire acute quidem debiles autem sunt

106 Rhet Arist {}; AL 250.19-21: Est autem in statu corpus quidem a triginta annis usque ad triginta et quinque, anima autem uno opus est usque ad quinquaginta.

Iterum sequitur quod senes amplius non deberent honorari Consequens autem est falsum ut omnes communiter concedunt Consequentia patet, quia non debetur honor alicui nisi propter animae perfectionem

Oppositum dicit Aristoteles

Primo dicendum est quod anima humana quantum ad partem intellectiuam non recipit declinationem quantum est ex parte sua propter eius immaterialitatem et independentiam in suo esse a corporea complexione.

Secundo dicendum est quod ipsa per accidens recipit declinationem scilicet ratione corporis ex eo quod ipsa in operibus suis dependet ex potentiis sensitiuis propter quod sensu non potente in corpus non potest sufficienter opus suum exercere ut patet in ebriis in inanimatis aut in febricitantibus Modo non est dubium quod per senium uirtutes sensitiue debilitantur vel omnino quasi impotentes efficiunt Propter quod etiam senes redduntur impotentes ad animae operationes Credendum est tamen quod habitus ipsi numquam forte vel non ita cito dissoluuntur sicut operationes propter ipsos esse naturaliter permansiuos et de difficile mobiles Unde experimus si quis ebrius aut aliquo tempore infirmus extiterit vel opera sua exercere non potuerit non ab hoc habitus dissoluitur Immo sicut dicitur 7 Physicorum uidemus mutata perturbatione uidelicet cum ebrius pauset aut infirmus ordinetur inest potentia scire congruitatem Dicendum est etiam quod anima non statim ad declinationem corporis recipit declinationem, quia potentie sensitiue non ita cito notabiliter debilitantur sicut potentia uegetatiua sed per longum tempus manent omnino sufficientes administrandum intellectui et anima cum hoc potest perficere continue per studium et frequentem experientiam actuum humanorum Ideo concedendum quod ante 50 annos animae recipere declinationem secundum communem cursum.

Ad primam rationem dicendum est quod ex parte corporis prouenit animae declinatio, quia licet sit secundum esse abstracta tamen indiget in opere suo corporis ministerio Et dictum est quare non incipiat animae declinatio simul cum declinatione corporis.

Ad aliam dicitur quod homo non est nisi per opera uitiosa quae senectus in homine uirtuoso numquam operatur Et dictum est quod habitus manet quamuis opus diminuatur. Et forte Commentator concessisset felicitatem per senium posse diminui Propter quod dicit in prologo 6 Physicorum: 'sapientem et perfectum non timere mortem cum sciat mortem esse de necessitate et cum timetur ne a sua perfectione spoliatur scilicet impotentia senectutis'.

Ad aliam dicendum est quod non est notum hominem esse bonum statim quod est bonus Immo ad hoc longa experientia indigemus licet igitur homo posset esse et secundum corpus et secundum animam perfectus ad 30 annos tamen non est assumendus ad papatum, quia non est notum si sit bonus Et ualde timendum est ne malus recipiatur Melius est expectare donec fuerit ad possibile expertum de eius bonitate et cum hoc anima bona licet per senectutem diminuatur ab operatione sua non tamen declinat ad malitiam ideo securius est eligere ad papatum uirum annorum 50 quam 30.

Ad quartam dicendum est quod senes si fuerunt boni manent semper boni secundum habitum Et debent de factis praeteritis praemiari Ideo maxime debet honor eis impendi cum 'honor sit praemium virtutis' (4 Ethicorum).

Quaeritur ultra[...]

#<II.59> E; L <ad Rhet Arist 1390b15; AL 250.26-27107>

Utrum nobiles sint amatores honoris.

#<II.60> E; L <ad Rhet Arist 1390b20; AL 250.28-31108>

Utrum nobiles sint despectivi similibus progenitoribus

#<II.61> E; L <ad Rhet Arist 1390b20; AL 250.31-251.2109>

Utrum nobiles ut in pluribus sint non generosi.

#<II.62> E; L <ad Rhet Arist 1391a15; AL 251.25-28110>

Utrum nuper ditati sint peiorum morum quam diuites ab antiquo.

#<II.63> E; L <Rhet Arist 1391a20; AL 252.1-3111>

Utrum potentes sint melioris moris quam diuites.

#<II.64> E 188rb; L 392v <ad Rhet Arist 1392a7; AL 253.27-254.2112>

Utrum contrariorum, si unum est possibile, alterum sit possibile.

Quod non, quia plenum et uacuum uidentur esse contraria et similiter finitum et infinitum. Plenum autem et finitum sunt possibilia uacuo et infinito ex utentibus inpotentibus.

Item, si ad potestatem unius contrariorum sequitur potestas alterius hoc esset pro tanto, quia eadem est potentia contrariorum. Hanc enim rationem assignat Aristoteles et in secundo Caeli, et ad idem assignat eandem rationem dicens: 'eadem est materia contrariorum' sed haec ideo non de necessitate concludit. Tamen, quia non omnium contrariorum est eadem materia seu eadem potentia ut corruptibilis et incorruptibilis Tamen, quia rationem concludit sequitur quod cuicumque inesset Unum contrariorum eidem posset inesse reliquum quod apparet falsum cum frigitas non potest inesse igni neque siccitas aqua Et patet consequentia, quia dicta ratio non videtur habere effectiua nisi ex eo quod habundantia eadem materiam sunt circa eam manentem eande transmutabilia ad inuicem

Oppositum dicit Aristoteles hic et in 2 Caeli.

De enthymematibus¹¹³ consequenter quaeritur

#<II.65> E; L <ad Rhet Arist 1395b28; AL 262.12-13114>

Utrum ineruditi sint magis persuasiui.

#<II.66> E; L; Lü 318va-319ra <ad Rhet Arist 1396b8; AL 263.27-264.2115>

108 Rhet Arist {}; AL 250.28-31: nobilitas autem honorabilitatis progenitorum est. Et despectivum etiam similibus progenitoribus ipsorum, quia longe hec magis quam prope facta honorabiliora et magis iactabilia.

109 AL .250.31-251.2: Est enim nobile quidem secundum generis virtutem, generosum autem secundum non degenerasse a natura; quod quidem ut in pluribus non accidit nobilibus, sed sunt multi levis valoris;

110 Rhet Arist {}; AL 251.25-28: Differunt autem hiis qui nuper possederunt et hiis qui ab antiquo mores in eo quod omnia magis et peiora mala habeant nuper ditati (quasi enim ineruditio divitiarum est nuper ditatum esse)

111 Rhet Arist {}; AL 252.1-3: Similiter autem et de potentia fere secundum plurima manifesti sunt mores. Hos quidem enim divitiis eosdem habet potentia, hos autem meliores;

112 Rhet Arist {}; AL 253.27-254.2: Primo quidem igitur de possibilibus et impossibilibus dicamus. Si itaque contrarium sit possibile aut esse aut fieri, et contrarium videbitur utique esse possibile

113 Rhet Arist 1395b20; AL 262.5

114 Rhet Arist {}; AL 262.12-13: Hoc enim causa et quare persuasivi magis sint ineruditi eruditibus inter turbas

Utrum tanto sit persuasio conuenientior quanto sit per propinquiora et minus communia.

115 Rhet Arist {}; AL 263.27-264.2: quanto enim utique plura habuerit existentium, tanto facilius ostendere, quanto autem propinquius, tanto et minus communia convenientius.